IO. MARIA CAMPANA

Olim Fiſci Patronus in Lucerinis Prouincijs

DE REQVISITIS

ad commendabilem Iudicum creationem.

AD ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS. D.

RAMIRVM PHILIPPVM

DE GVSMAN

Medinæ de las Torres Ducem, Hoſtiliani Principem, Sablonetæ Ducem, &c.

Et in hoc Neap. Regno Proregem præſtantiſſimum.

Quæ nam ſint Iuris impedimenta ad aſſequendum Magiſtratum, quibus conditionibus, & virtutibus debeat eſſe ornatus in Iudicem eligendus, cùm Iuriſconſultorum, tùm aliorum celeberrimorum moralium Scriptorum, præſertim Tullij, Senecæ, Taciti auctoritate, noua methodo, nouoq; ſtylo non minus eleganter, quàm doctè enucleatur.

Opuſculum non minus Iuris ſtudioſis, quàm humaniorum literarum amicis non iniucundum futurum.

NEAPOLI, Apud Dominicum Maccaranum MDCXXXVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

IMPRIMATVR.

Fœlix Epiſcopus Soranus, Vicarius Generalis.

Andreas Letteresius Canonicus Deputatus vidit.

Ioſeph Giannettaſius Canonicus Deputatus vidit.

Digitized by Google

Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore.

IL Dottor Gio. Maria Campana dice à V.E. come deſidera mandare alle Stampe vn Diſcorſo fatto da eſſo ſupplicante *De Requiſitis ad commendabilem Iudicum creationem*. Per tanto ſupplica V. E. à degnarſi di darli il Regio exequatur, vt Deus.

Mag.V.I.D.Io.Bapt.Thorus videat, & in ſcriptis S.E.referat.

Tapia Regens.

Prouiſum per S. E. Neapoli die 19. Aprilis 1638.

Lombardus.

Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Domine.

DE mandato Veſtræ Excellentiæ perlegi doctum Opuſculum *De Requiſitis ad commendabilem Iudicum creationẽ* eleganti ſtilo, & compendioſa methodo compactum à ſolertiſſimo Viro *Io.Maria Campana I.C.* benemerito, in quo nil reperi, quin nõ poſſit publicari pro communi vtilitate Iuris profeſſorum, quapropter exiſtimo illud eſſe comendatione dignũ, ac Typis tradendum, adhęrente tamen Veſtræ Excellentiæ beneplacito, cui poſt manuum oſcula precor Deum Opt. Max. te incolumem ſeruaturum pro Reipublicæ ſubleuamine. Datum Neap. in noſtris ædibus die 24. Aprelis 1638.

Veſtræ Excellentiæ

Seruus addictiſſimus

Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Viſa ſupradicta relatione IMPRIMATVR.

Tapia Reg. Brancia Reg. Caſanata Reg.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neap. die 27. Maij 1638.

Tagliauia.

ARGVMENTVM OPERIS.

SEX frequentiora Iuris impedimenta ad aſſequendum Magiſtratum, nouem præterea opportunæ deligendo in Iudicem cõditiones recenſentur; an omnes ſint neceſſariæ, quibus nam potiſſimum medijs neceſſariorum Requiſitorũ concurſũ in Iudicis creatione Princeps aſſequi, & an tam exacta obſeruatio deduci in praxim facile poſſit, diſſeritur.

SVMMARIVM.

IVſtitiæ obſeruatio quantum Reipublicæ interſit, præfat. verſ. 1.

Iuſtitiæ defenſio, ac exequutio quibus nam ſit commiſſa? ibid. verſ. ex hac.

Conſiderata magiſtratuum, vel inconſiderata electio, quid poſſit in Republica? vide ibid. & verſ. vtinam.

Quæ

Quæ nam cauſa Authorem mouerit ad ſcribendum præſens opuſculũ ad Excellentiſſimum Dominum ? ibidem verſ. hanc ob cauſam.

Laudes Excellentiſſimi Domini Medinæ Ducis, ibid. eod. verſ. & ſequentibus verſiculis.

Domus priuatæ regimen in Principe quàm ſit commendabile ? ibid. verſ. viris.

Optimi, ac ſapientiſſimi Conſiliarij quàm vtiles ſint, vt Princeps rectè imperet ? ibid. verſ. aſſumpſiſti.

Lex diuina quàm optimum ſit conſiliorum gubernaculũ ? ibid. verſ. ad latus habes.

Contemptus pecuniæ, ac lucrorum, quàm magna res ſit, & quam laudabilis ? ibid. verſ. continentitm.

Num. 1. An Officiales imperiti, qui iudicant cum conſilio iuriſperitorum, adhuc Iudices appellari poſſint, & de quibus Iudicibus hic Author ſenſerit ?

Num. 2. An condemnatus ob delictum commiſſum in officio ad priuationem officij, ſit inhabilis ad exercenda alia officia ?

Num. 3. & 5. Quando quis dicatur delinquere in officio ?

Quid ſi quis ſit condemnatus ob delictũ commiſſum in officio, ſed non ſit expreſſa pœna priuationis officij, an illa ſubintelligatur ?

Et quod nam delictum ſit neceſſarium, ad hoc vt ſubintelligatur pœna prædictæ priuationis ?

Num. 4. Quid operetur ad rem reſcriptum Principis ?

Num. 6. Quomodo iuris, vel facti infamia repellat à dignitatibus ?

Num. 7. An condemnatus ad pœnam exilij temporalem, vel ſimilem, quodcunque illud crimen ſit etiam non infamans, propter quod ſequuta eſt condemnatio,

poſſit

poſſit durante exilio exercere officium in loco non interdicto?

An Actuarius vt ſupra condẽnatus, perinde ac Officialis, impediatur durãte exilio exercere officiũ Actuarij, et an perinde ac Officialis carere debeat infamia?

An & quomodo Princeps ſuper hoc cenſeatur diſpenſare? verſic. quæ omnia.

Num.8. De effectu condemnationis ex crimine irrogante infamiam.

Quæ nam ſint delicta infamantia? verſ. ſunt autem.

Num.9. per tot. num.13. An & quando ex augumẽto, vel diminutione pœnæ ordinariæ impoſitæ ob delictum infamans, cenſeatur ſublata pœna infamiæ? latè explicatur.

Quomodo dicatur minui pœna ordinaria in pœnis arbitrarijs? num.9. verſ. hac ſecunda, in fine.

Num.14. An pendente accuſatione criminali quis repellatur à conſequutione officiorũ? & an vt operetur hoc pendentia accuſationis ſit neceſſè, vt nomen rei receptum ſit inter reos? & an quò ad hoc inter Officiales perpetuos, & temporales ſit conſtituenda aliqua differentia? & traditur intellectus ad aliqua iura in hac materia loquentia.

An ſi expeditio cauſæ differatur vltra annum, poſſit quis non obſtante pendentia accuſationis ad nouos honores promoueri? verſ. & hoc.

Quomodo nõ ſit indulgendum malitijs hominũ? verſ. quæ cum ita ſint.

Num.15. An ſi quis aliud officium geſſit neceſſè eſt, vt paruerit ſindicatui, ad hoc vt ad aliud officium ritè poſſit eligi?

Num.16. & 17. An id procedat etiam nemine conquerente?

Digitized by Google

te? & cuiuſnam conqueſtus ſufficiat?

Num.18. An ſi quis diſceſſerit relicto procuratore inſtructo à loco vbi parere debet ſindicatui, ex eo quia nõ adſunt, niſi querimoniæ ciuiles, poſſit adhuc nõ obtẽtis literis liberatorialibus exercere aliud officium?

Num.19. An hæc ſindicatui parendi neceſſitas ſit de iure diuino? & an & quõ poſſit à Principe diſpenſari?

Num.20. An extendatur ad omnes cuiuſcunque generis Officiales, & ad omnia geſta in officio, occaſione officij, licet ipſi officio extranea?

Num.21. An coactus à Principe ſubire officiũ, adhuc teneatur præſtare cautionem de parendo ſindicatui?

Num.22. An valeat electio eius, qui ante electionem non paruit ſindicatui pro alio officio, ſi poſt electionem pareat?

Num.23. An & quando ſindicandus habeatur pro abſoluto, licet ſindicatus non ſit peractus?

Num.24. An quidam ſupremi Magiſtratus ab hac l. ſindicatus eximantur?

Num.25. An ſint magnifaciendæ à Principe literæ cõmendatitiæ loci, vbi geſtum eſt officium, quibus continetur aliquem ſe bene geſſiſſe in officio?

Num.26. An poſſit quis poſt expletum ſindicatũ, & obtentam abſolutionem accuſari, vel inquiri corã alio Iudice ex poteſtate ordinaria de delictis commiſſis in officio, vel extra officium?

Num.27. An ſit prohibitum exercere officium in propria patria, vel proprio domicilio? an hæc prohibitio extendenda ſit ad Barones habẽtes feuda, ne in Prouincia, in qua habent feuda, poſſint officium Præſidatus exercere? verſ. quod impedimentum.

Quæ nam ſint rationes huius prohibitionis? verſ. rõnes.

cui

Cui nam generi hominũ ſecundis in rebus ſoleat ab hominibus inuideri? verſ. præterea expedit.

Num. 28. *An Aduocati fiſcales comprehendantur ſub hac prohibitione exercendi officium in propria patria? & quæ nam ſint huius prohibitionis rationes, & quid prædicti facere valeant?*

Num. 29. *An Princeps poſſit, & quando cenſeatur remittere prædicta prohibitionis legem?*

An propter eminentem ſcientiam alicuius poſſit ab hac prohibitionis lege diſcedi? verſ. ſecunda.

An ceſſet lex prohibitionis in locis vbi reſidet Princeps, vel eius Vicarius? verſ. tertia.

An etiam ceſſet prohibitio in eo, qui publicum ſtipendiũ non habet, vel in paruis oppidis? verſic. quarta, & verſic. quemadmodum.

Num. 30. *An poſſit quis accedere ad exercendum iterum officium ad locũ, vbi aliud officium exercuit, & quid ſeruetur de conſuetudine?*

Num. 31. *An ſi quis ſit de loco Ciuitatis inimicæ, ſit iuſta cauſa illum recuſandi, ne admittatur ad officium?*

Num. 32. *An ſit neceſſe, vt quis ſit Regiæ iuriſdictioni ſubditus, vt poſſit officium regium exercere, & an Dominus Regni Prorex aliquando aliud ſeruet?*

An Dñus Regni Prorex poſſit aliquid agere cõtra iuſſũ Regis, interpretando mentẽ Regis, & an dicatur omnia agere de ſpeciali Regis mãdato? verſ. nõ omitto.

Num. 33. & 34. *Quãta, et qualis ſciẽtia, & praxis requiratur in deligendo in Iudicem, & an ſufficiat ſcientia ſcholaſtica?*

Num. 35. *An nimia, & ſofiſtica ſubtilitas in Iudice reprobanda, & de ratione cur reprobetur?*

An hebetiores ingenio melius ſoleant Rempublicam admini-

¶ mini-

Digitized by Google

miniſtrare, quã nimis acuti? verſ. rationes in fine.

Num.36. An in Iudice requiratur ſcientia aliarũ artiũ liberalium, & an quandoque nimia ſcientiæ cupiditas ſit ſpecies intemperantiæ, & noceat?

Num.37. Ad quid teneatur Iudex doctus, vel imperitus, qui minus ritè aliquam controuerſiam iudicat, vel indebitè aliquem punit, & quæ in hoc ſit differentia inter doctum, & indoctum?

Num.38. Quanta ſcientia præditus eſſe debeat Auditor Prouincialis, & quàm conſideratè ſit demandandũ prædictũ officium? & quanta apud Principem conſideratio eſſe debeat, vbi de ſanguine etiam viliſſimi hominis agitur?

Num.39. Quàm ſit neceſſaria prudentia Magiſtratui?

Num.40. In quo differat ſcientia à prudentia?

Num.41. Quomodo ſal eſt omnium virtutum, & ſine ea nihil boni ſperari poteſt? quàm ſit difficile ſcire homini imperare? verſ. eſt igitur.

Quã periculoſa res ſit Magiſtratus? verſ. neq; enim.

Quomodo varia hominũ genera, cum quibus ei, qui in Magiſtratu eſt, agendum eſt, variè ſint tractanda? verſic. varijs?

Quomodo temporibus ſeruiendum? verſ. ſæpè mori.

Quomodo quandoque cunctandũ eſt, & quandoque feſtinandum, & quæ ſententiæ capitales accelerandæ etiam denegata appellatione? verſ. ſæpè cunctandũ, & verſ. ſæpè è contra.

Quomodo aliquorũ malorum remedium aliquando differendũ, aliquando accelerandum? eiſdem verſiculis.

Num.42. Recenſentur, vt prudentiæ vtilitas oſtendãtur, aliqua prudentiæ documenta. & primo quomodo Iudex debeat ſuam auctoritatẽ tueri, & augere ingenio

nio ſuo? & quod temperamentũ adhibere debeat in familiaritatibus ſubditorum, vt conſeruet auctoritatem, & fugiat arrogantiam?

Num.43.& 44. *Beneuolentia ſubditorum an expetenda? an ſit difficile eam conſequi, & quid agendum, vt odium vitetur?*

Num.45. *Quomodo Iudex debeat cõſeruare æquabilitatem in vultu, & fugere perturbationis ſigna?*

Num.46.47.& 48. *Quomodo Iudex debeat abſtinere ab iracundia, à cõuicijs, & adhibere vbi opus fuerit, maximã in puniendo ſeueritatẽ procul ab eiuſmodi perturbationibus, cũ ſupradicta æquabilitas non obſtet vſui ſeueritatis? an in aliquibus hoc ſit vitium naturale, & an, & quomodo vinci poſſit; & quàm ſit modeſtia commendabilis, & an Iudex vtens conuicijs, & nimis acerbus, & rigidus in audiendo ſubditos ſit punitione dignus?*

Num.49. *Dominus Regens Matthias Caſanata laudatur cùm ob alias virtutes, tùm præſertim ob hanc æquabilitatem, & animi tranquillitatem in iure dicendo eximiam, eiuſq; maximè peculiarem.*

Num.50. *Quomodo Iudex non debet oſtendere, cùm iudicandum ei eſt, in quam ſententiam inclinet?*

Num.51 per tot.nu.58. *Quomodo Iudex in adminiſtratione ſuæ poteſtatis debet tam præſtare conſtantem, adſtrictam, ſeueram? in quibus hæc tria conſiſtant? quo illa aſſequetur? quo temperamento vti debeat?*

Num.55.& 56. *Quid facere Iudex debeat, vt domeſtici indebitè aliquid non accipiant in pertinentibus ad eiuſdem officium, vel ſaltim, vt ipſe non teneatur, ſi ipſi domeſtici aliquid indebitè accipiant?*

Num.58. *An ſeueritas debeat eſſe proportionata delictis,*

& quomodo quandoq; meliùs ſit ad euitandum contemptum omittere potius punitionē, quam eam molliter adhibere ?

Et quomodo in ſeueritate adhibenda abſtinere quis debet, ne frui ſupplicijs videatur? verſ. ſed quod nam.

Num. 59. Quomodo Iudex debeat eſſe in ſuo officio ſolers, & prouidus, & omnium habere notitiam, licet non omnia perſequi debeat ?

Num. 60. Qua prudentia Iudex debet euitare diſcordias, & contentiones, præſertim cum collegis, vel ijs, qui præſunt Tribunalibus ?

Num. 61. Quomodo Iudex debeat curare bonam famam præſertim in initijs Magiſtratus, & de effectibus bonæ, vel malæ famæ eius, qui gerit officium? & de fugienda oſtentatione, & multitudine verborum.

Num. 62. Quomodo non debeat eſſe facilè innouator ?

Num. 63. Quomodo non debet eſſe nimis credulus, vel incredulus?

Num. 64. Quomodo debet in aliorū Officialium facta velut in ſpeculū intueri, & ex illis imitāda, vel damnanda cognoſcere ?

Num. 65. An prudentia verſetur circa ſingula ?

Num. 66. Quā ſit attendenda à Principe, hæc prudentiæ pars in Iudice deligendo, & ex quibus ea coniicienda ſit, & an ſit deligendus is, qui perperā rebus ſuis priuatis conſuluit ?

Num. 67. Quæ ætas ad iudicandum apta à iure cōmuni, vel municipali definiatur ?

Num. 68. & 69. An ſupradicta ætatis menſura poſſit in omni genere officiorū ſeruari ? & an iuuenes ſit arcendi à magnis Magiſtratibus ? & num quandoque ſit hoc limitandum ?

Num.

Num.70. An ſeniores ſint ſẽper præferendi in officijs? cum diſtinctione explicatur ad intellectum text. in cap. Regni item quod prædicti.

Num.71. Quid ſit ſeruandum in ſenibus omnino viribus defectis?

Num.72. Quàm ſit neceſſaria in Iudice probitas vitæ, & quàm parum proſit doctrina ſine probitate?

Et vtrum melius ſit habere Iudicem probum, & indoctum, an doctum, ſed improbum?

Num.73. & 74. An hæc probitas vitæ ſit potiſſimũ ad iuſtitiã referenda, & quiſnam verè ſit iuſtus? & quomodo lenitas, vel ſeueritas temperanda, & an ſit melior nimia ſeueritas, vel nimia lenitas?

Num.75. Eligendus in Iudicem an carere auaritia, & liberalis eſſe debeat, & quæ nam liberalitas ſit cõmendanda?

Num.76. Fidei obſeruatio in Iudice quàm ſit laudabilis? & an confeſſio à reo poſſit extorqueri ſub ſpe impunitatis, vel alio doli genere?

Num.77. An Iudex debeat eſſe ornatus omnibus alijs virtutibus, & quæ nam ſint rõnes huius aſſertionis?

An deceat eum, qui imperat, ſubditis eſſe meliorem? verſ. prima.

An ſubditi poteſtatem hominis probi æquiore animo ferant, & èccontra poteſtatem improbi hominis ægrè ferant? verſ. ſecunda; & an malus Iudex audebit malos punire? ibidem. An virtutes, vel vitia Magiſtratuum ſint notiora? verſ. tertia.

Quantum valeat exemplum morum eius, qui eſt in Magiſtratu? verſ. quarta denique.

Num.78. An peccata ſubditorum tribuenda ſint Magiſtratuum culpa?

Num.

Num.79. An Iudex debeat eſſe caſtus? quæ nam mala ex vitio libidinis oriãtur, & quomodo lapſus luxuriæ ſit punibilis in Magiſtratu?

Num.80. An debeat vinolentiam fugere, gulamq; moderari?

Num.81. An èligi debeat ambitioſus? quæ nam ſint mala ambitionis? an crimen ambitus locum habere poſſit, vbi officia etiam pecunia conferuntur à Principe? & an in officiorum collatione ſint præferendi officia non petentes?

Num.82. Superbia quàm ſit in Iudice deteſtãda, & quæ mala pariat?

Num.83. Quàm commendanda in Iudice ſit pietas chriſtiana? & de eius bonis ad plenum.

Num.84. Vter aptior ad officium ſit, qui ſemper fuit bonus, an qui eſt mutatus in melius, cum aliquando fuerit malus? quomodo conſiderandum ſit, an verè ſit emendatus, & quando à iure vera præſumitur emendatio, & qui nam bonitatis gradus in Iudice ſit neceſſarius?

Num.85. An ſit attendenda nobilitas in officijs conferendis tùm de iure communi, tùm de iure municipali? & de rationibus cur nobilitatis ratio haberi debeat? & an in hoc nobilitati, ſi careat virtute, deferendũ? & quid ſi in ignobili eximia refulgeat virtus?

Num.86. An, & quomodo ſint attendendæ diuitiæ in eligendo in Iudicem? plenè explicatur, cum intellectu ad aliqua iura de hac re loquentia.

An, & quando quis diues præſumatur factus ratione officij? verſ. vnum.

Num.87. An venerabilis aſpectus ſit attendendus in electione Iudicis?

Num.

Num.88. An ſit attendenda aptitudo naturalis, & ſecundum hanc aptitudinem diſtribuenda officia? plenè explicatur.

Num.89. per tot. nu.91. An ſit in Iudicem eligendus dignior de iure communi, vel municipali huius Regni, vel ſatis ſit, eligere dignũ omiſſo digniore? an ſit cenſendus dignior, qui alia exercuit officia, vel qui maiorem habuit dignitatem?

Num.92. An liceat ſubditis diſputare num ſit dignus is, quem Princeps elegerit ad Magiſtratum?

Num.93. Quibus medijs aſſequi poterit Princeps, vt hæc requiſita ſeruentur in electione. & primum, quam diligentiam adhibere debet in inueſtiganda eligendorum conditione? quàm ſit difficile veritatẽ in hoc compertam habere? quid agendum ſit, vt hæc veritas ad illius aures perueniat? & quantũ ſit hominis famæ in hac re tribuendũ? an ſit cõſiderandũ quomodo alia geſſerit officia, vel ſi officia non eſt adeptus, qualem antea vitam priuatus duxerit? & an aliqui, qui vitam priuatã flagitioſam duxerũt, adepti Magiſtratũ ſe laudabiliter geſſerint? & an hoc vltimum dictum mouere Principem debeat in electione Magiſtratuum?

Num.94. An Princeps debeat invigilare, ne officia iuſtitiæ ſint venalia? de malis, quæ reſultant ex venalitate officiorum, an debeant puniri officiorum emptores, & an etiam in ſindicatu de hoc inquiri poſſint? quibus nam ſit prohibitum vendere officia? & an Barones retinentes ſolitam prouiſionem dicantur vendere officia? & an valeat conſuetudo licet immemorabilis in contrarium?

Num.95. An ſit prohibitum petere pro alio officia?

Num.

Num.96. Quid ſit ſperandum de Excellentiſſimo Domino Prorege?

Num.97. An Princeps curare debeat vt Reſpublica abundet bonis,& ſapientibus viris, & quomodo præmio, & pœna id aſſequi poſſit?

Num.98. An ſint beatiores futuræ Ciuitates, ſi debita requiſita in electione Iudicum ſeruentur?

Num.99. An omnia requiſita tam exactè in praxi ſeruari facilè poſſint à Principibus.

Num.100. Quid ſit ſperandum circa hanc Iudicũ commendabilem, electionẽ tempore Excellentiſſimi Domini Proregis Medinæ Ducis?

Digitized by Google

IO. MARIA CAMPANA
LVCERINVS
DE REQVISITIS
AD COMMENDABILEM
Iudicum creationem.

AD ILL. ET EXCELL. D.

RAMIRVM PHILIPPVM
DE GVSMAN

Medinæ de las Torres Ducem,
Hoſtiliani Principem, &c.

Et in hoc Neapolitano Regno Proregem præſtantiſſimum.

PRæclariſſime Princeps, apud ciuilis ſapientiæ profeſſores, vno omniũ cõſenſu approbatũ eſt, maximum, ac ferè vnicum ad Reipublicę fœlicitatẽ fundamentum eſſe Iuſtitiam. Cum enim ex Solonis *a* ſentẽtia Reſpublica duabus rebus contineatur pręmio, & pœna, & vna Iuſtitiæ virtus præmiũm, & pœnam inter mortales diſtribuat, vt eos bonos non ſolùm metu pœnarum, verum etiam

a Cic.ad Brut.epiſt.11.

quemadmodum Vulpianus *b* ait præmiorum exhortatione efficiat; neceſſariò conſequitur vnam eſſe Iuſtitiam, qua totius Reipublicæ baſis veluti firmiſſimo ſubſidio innititur, ac ſuſtinetur. Hinc meritò eam fundamentum perpetuæ commendationis, & famæ, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile, ſcripſit Romanę eloquẽtię Princeps; *c* vtiliorem *d* populis temporum fertilitate, ſummũ *e* in rebus humanis bonum, immo *f* omnium bonorum cumulum ſapientes cenſuerunt: Regnorum tam firmum, ac neceſſarium vinculum, vt eo remoto *g* nihil aliud futura ſint Regna niſi magna latrocinia: ſed quid dico Regna? ſi eius tãta *h* vis eſt, vt nec ipſa latrocinia, nec illi quidem, qui maleficio, & ſcelere paſcuntur, poſſint ſine vlla particula Iuſtitiæ viuere: nam & ille, qui Archipyrata dicitur, niſi æquabiliter prædã diſpertiat, aut occidetur à ſocijs, aut relinquetur; adeo leges etiam latronum eſſe dicuntur, quibus pareãt, quas obſeruent. Ex quo cum tanta vis Iuſtitiæ ſit, vt ea etiam latronum opes firmet, atque augeat, quanta eius vis inter leges, & iudicia, & in conſtituta Republica futura ſit intelligimus.

Ex hac tam ſolida, & inconcuſſa omniũ

aſſer-

b *l. 1 in princ. ff de iuſtit. & iure.*

c *De offic. lib. 2. nu 71.*

d *Ariſtoteles relatus per Afflict. in conſt. pacis cultum num. 5.*

e *Speculat. in proœmio verſ hoc igitur.*

f *Cyprian. lib. de duodecim abuſionibus, vbi quod eſt pax populorũ, tutamen patriæ, immunitas plebis, nutrimentum gentis, gaudium hominum.*

g *Ex Diuo Auguſtino de ciuit. Dei lib. 4.*

h *Ex Cic. de offic lib. 2. num. 40.*

aſſertione elicitur, cũ Iuſtitiæ exequutio, ac tuitio magiſtratuũ fidei ſit commiſſa (parum enim eſt Iuſtitiæ ſeruandæ cauſa ſanctiſſimas leges conſtituere, niſi ſit qui eas regat, atque exequatur, vt inquit Pomponius) *i* elicitur inquam in bono, vel temero magiſtratuum delectu vniuersã Reipublicę fœlicitatẽ, vel infœlicitatem eſſe collocatam. Ita vt ſi conſideratè hoc fiat, egregiè cum Republica actũ dici poſſit; impletum *K* enim eſt omne conſilium, ſi te bene elegi; verè & ad rem dixit ſenex ille Imperator; quod ſi cõſideratio in re tam ardua deſit; totam Rempublicam labefactatam, immo *l* funditus euerſam deplorare poſſimus. Hinc merito monuit Tullius, *m* magiſtratibus, ijſque qui præſunt, contineri Rempublicam, & ex eorum compoſitione, quod cuiuſque Reipublicæ genus ſit, intelligi; enimuero quid intereſt iniquis legibus, an improbis magiſtratibus prematur Reſpublica, ſi vt *n* lex eſt mutus magiſtratus, ita nihil aliud magiſtratus eſt, quã lex loquẽs?

Et profecto quid proderit ſanctitas Principis, qui cum non ipſe ius dicat, alijs iuriſdicendi auctoritatem demandare cogitur, ſi is cui hæc auctoritas demãdata eſt, eius moribus minimè con-

i *l. 2. §. poſt originem ff de origine iuris.*

k *Apud Tac. lib. 1. hiſtoriarum nu. 5. Galba.*

l *Ad tradita per Reg. de Pont. de pot. Prorcg. tit. 3. §. 5. num. 19.*

m *De legib. lib. 3. n. 12.*

n *Ex Tullio de legib. lib. 3. num. 3.*

gruat, & iuſtitiam, ac iura peſſundet? oraculum eſt *o* meliorē eſſe Rempublicam, & propè tutiorem, in qua malus Princeps ſit, ea in qua mali Principis miniſtri. Ad quid egregiæ conferent leges, ſi Iudicantis imperitia, aut improbitas eas neſciat, aut contēnat? verè dici poterit; & *p* corruptiſſima Republica, plurimæ leges.

o Capitol. in Alex.

p Ex Tacit. lib. 3. ann. num. 4.

Vtinā igitur ij, quibus magiſtratus creādi facultas eſt, hoc ſedulo perpenderent, & in quouis potius quā hac in rē oſcitanter agerent; nā omnia alia peccata; sūt Reipublicæ minus pernicioſa. Hoc illud eſt, ni fallor, *q* maius aliquid, & excelſiùs, quod à Principe poſtulatur; hanc curam ſuſtinet Princeps; hæc omiſſa funditus Rempublicam trahet: etenim *r* firmanda Reſpublica non armis modo, & aduerſus hoſtes, ſed quod multo maius, multoq; aſperius eſt, bonis pacis artibus, & parua ſunt foris *ſ* arma, niſi eſt conſilium domi.

q Ex Tacit. lib. 3. ann. num. 9.

r Ex Saluſt. ad Caſar. de rep. ordin. orat. 1.

ſ Cic. de off. lib. 1. n. 76.

Hanc ob cauſā, optimè Prorex, cum omnium concepta de te ſit expectatio, te nemini ex his, qui Neapolitano Regno ad hanc diem præfuerunt, in huius prouidentiæ laude primas daturū, nec defuturos tuo etiam exemplo integerrimos Iudices, ſiquidem teſte Plinio *t* vita Principis cēſura eſt om-

t In paneg. ad Traian.

nium

nium efficaciſſima, nec vlla ad mode-
randos reliquorum ciuium mores ſa-
lubrior lex excogitari poteſt, quam vt
ille rei politicę peritiſſimus *u* ſcripſit, *u Tacit. lib. 3. ann. n. 9.*
obſequium in Principem, & æmulandi
amor, validior quam pœna ex legibus,
& metus; hæc pauca ad te ſcribere
auſus ſum; quibus pro mearum virium
imbecillitate egi de requiſitis ad com-
mendabilẽ Iudicum creationem. ma-
teriam exiſtimans tam lætis tui iucun-
diſſimi Principatus auſpicijs accomo-
datiſſimam; non quod aliquid boni al-
laturum me ſperauerim, neque enim
tam mei imprudens ſum, vt tanti meũ
ſit mihi ingenium, ſed quod veluti al-
ter villicus, alteri magno Xerſi in ſum
ma rerum copia tantillum aquæ meis
manibus præ nimio amore ego quoq;
tibi exhibere geſtiam Principi ſupra
omnium memoriã cariſſimo; in quem
verè ea cadunt, *x* quod potentiã pla- *x Ex Seneca de clem. lib. 1. cap. 13.*
cidè, ac ſalubriter exerces, approbare
imperia ciuibus cupiens, ſermone affa-
bilis, acceſſuq; facilis, vultu qui ma-
ximè populos demeretur, amabilis,
æquis deſiderijs propẽſus, acerbus ini-
quis à tota Ciuitate, immo ab omni-
bus populis amaris, defenderis, coleris.
Abeſt dictis adulatio, ſciunt hoc omnes,
qui eadem *y* de te ſecretò loquuntur, *y Ex Senec. ibidem.*
quæ

quæ palam; ſcis ipſe, neque *z* enim occultũ eſt, quando ex veritate, quando adumbrata lætitia facta Imperatorum celebrentur.

z Ex Tacit. lib. 4. annal. num. 5.

Viris ſpectatæ fidei, ac pietatis, domus tuæ priuatæ regimen cõmiſiſti, ſcilicet laudatiſſimum illum Britanniæ Imperatorem Agricolam imitatus, à *a* te, tuiſque orſus domum tuã coercuiſti, quod pleriſque haud minus arduum eſt, quam Prouincias regere.

a Ex Tacit. in Agric. num. 7.

Aſſumpſiſti grauiſſimorũ laborum adiutores, optimos, ac ſapientiſſimos Conſiliarios, & adminiſtros; intelligens *b* nullũ maius boni Imperij inſtrumentum quam bonos amicos.

b Tacit. lib. 4 hiſt. n. 3.

Ad latus habes, nequà pietas chriſtiana labatur, viros non minus doctrina, quam religione, & vitæ sãctitate conſpicuos, ſciens nimirum optimum *c* conſiliorum gubernaculum legem diuinam, nihilquè *d* ritè, nihil prouidẽter homines, ſine Dei immortalis ope, conſilio, honore auſpicari.

c Cyprian. in epiſt.

d Ex Plin. in d. paneg.

Continentiam ſingularem in reſpuendis cuiuſcunque generis compendijs, & largitionibus etiam inferioribus magiſtratibus conceſſis; ne dum tibi cuius faſtigium eſt ſupra leges, oſtendiſti, optimè percipiens *e* non aliter quemquam extollere ſe, & diuina mortalem

e Ex Saluſt. orat. 1. ad Cæſar.

attin-

attingere poſſe, niſi omiſſis, quod tu facis, pecuniæ gaudijs.

Quis igitur ambigat cæteras tui Principatus partes tam egregijs initijs reſponſuras, ac prout * prima ceſſerunt fore vniuerſa?

* *Ex Tacit. in agricola num. 6.*

Neque enim vllus probabilis metus eſſe poteſt, ne de te vllo vnquam tempore dicendum ſit; quod nonnullis obiectũ fuit; in quibus initia ſ magiſtratuum meliora fuere, finis inclinauit. Nam tuæ præclariſſimæ indolis, quę iamdiù Orbi terrarum enituit, in aliorum ſupremorum munerum faſtigio, quibus tanta cum omnium approbatione, & laude perfunctus es; tuorum ſanctiſſimorum morum, quibus æterni Numinis fauor affuturus ſperari iure poteſt, altius fundamenta ſunt iacta, quam vt quiſpiam tale quid ſuſpicetur; Sed de his in præſentia ſatis, quia temporibus tuis dicendis non defutura ſunt decora ingenia. venio ad rem.

ſ *Ex Tacito lib. 13. annal. num. 3.*

Nu. 1.

*Nu.*1. QVoniam duplex eſt ad rem magiſtratuum, ſeù Iudicum genus: alterum eorum, iuris peritiam minimè callent, nec qui propterea deſinunt Iudices *g* appellari; alterum vero eorum, qui iuris peritiam profitentur, quorum conſilio cauſarum controuerſiæ dirimendæ ſunt, tum iure *h* communi, tum iure *i* municipali huius Regni, ita vt alias acta ſint nulla. In hoc poſtremo ius dicentium genere eligendo, maxima à Principe attentio adhibenda eſt; quippè ex ipſis verè Iuſtitiæ adminiſtratio pẽdet; de quibus ad pręſens aliqua ſcripſi; eumq; ordinem ſequutus ſum, vt primò de impedimentis ad hoc ius dicendi munus dein de conditionibus, quæ ſublatis impedimentis ad illud, præterea neceſſariæ, ſeù opportunæ ſunt verba fecerim.

g *Text. in l. 2. ff. quod cuiſque iuris, l. Conſiliarios C. de aſſeſſorib. Giurba conſ. crimin. 31 num. 4.*

h *Bar. in l. 1. §. ſi plures num. 12. vbi addit. dicit hanc communẽ opinionem Bouadigl. in ſua polit. lib. 1. cap. 12. nu. 8.*

i *Tragm. 18. de official.*

*Nu.*2. PRIMVM, & maximũ ad aſſequẽdos honores impedimentũ eſt, ſi quis in aliquo officio forſitan ſibi demandato, adeo malè ſe geſſerit, vt meruerit eo exauctorari, & gradu per ſententiã deijci, quod efficit, vt nec ad idem officiũ in quo deliquit, nec ad aliud eiuſdem generis poſſit deinceps aſſumi; idque iuris controuerſi non eſt, cum ſen-

k ſententia continuit expreſſam officij, in quo deliquit ademptionem; illud ambigi ſolet;

*Num.*3. An ſi quis ob admiſsū in officio crimen dānatus, non tamen ſit per ſententiā eo expreſſim priuatus, officij in quo deliquit, priuationem ſubijſſe, & prohibitus poſt hac petere honores per conſequentiam iuris interpretatione cenſeatur? (dicitur autē delinquere *l* quis in officio, quoties officij auctoritate, p̄textu, aut occaſione delinquit.) Et licet ſint hinc inde pugnantia dicta Doctorum, *m* affirmatiua tamen ſententia vti verior fuit admiſſa; licet .n. pœna priuationis officij ipſo iure non incurratur, non tamen ad eam incurrendā neceſſaria eſt expreſſæ condemnationis ſententia, ſed ſatis eſt *n* ſententia, per quā quis in officio deliquiſſe declaretur; cui & officij in quo deliquit priuationis, & alia officia petendi vt ſupra explicatum eſt, prohibitionis accedit pœna; hancq; opinionem rei iudicatæ in Romano *o* conſeſſu auctoritas roborauit.

*Num.*4. Quæ adeo vera ſunt, vt locum habeant, etiam ſi quis ob delictum in officio patratum cōdemnatus, reſcriptum Principis ad aliud officiū clandeſtina ſupplicatione elicitū *p* intulerit;

k *l. Iudices C. de dignitatib. lib. 12. vbi Iudices, qui ſe furtis, & ſceleribus fuerint ſe maculaſſe cōuicti ablatis codicillorum inſignibus, & honore exuti inter peſſimos quoſq;, & plebeios habeātur, nec ſibi poſt hac de eo honore blandiantur, quo ſe indignos iudicauerūt, l. quicunque, & ibi gloſ. C. de diuerſ offic. lib. 12. vbi, quicunq; apparitores ob culpā, vel negligentiā fuerint iudicato diſcincti, hoc eſt ſentētia ab officio ſeparati ad nullam militiā habeant facultatem adſpirandi, l. ſi aliquid. & ibi gl. & Bart. C. de ſuſceptor. lib. 10. & l. 2. C. de palat. ſacrar. largit. lib. 12. Reg. de Pont. de pot. Proreg. tit. 3. §. 5. n. 1. Maſtrill. de magiſtr. lib. 2 cap. 9. num. 1. Bouad. in polit. lib. 5. cap. 1. nu. 197. & lib. 1. cap. 16. num. 18.*

l *Carau. ritu 49. nu. 27. Farin. conſ. 5. num. 11.*

m *Farin. conſ. 5. nu 23. Giurba conſ. crimin. 44. num. 12. & ſeq.*

n *Bald. & Caſtr. relat. per Farinac. d. conſ. 5. num. 24.*

o *Farinac. d. conſil. 5. num. 38. & 46.*

p *l. ſi aliquid in fin. C. de ſuſcept. lib. 10.*

nec enim ex tali reſcripto huic vllus referandus eſt aditus, ſed potius congruit eum pœnæ grauiſſimæ ſubiugari, vt definiunt Honor. & *q* Theod. Cæſares, ſi contra inhibita ſacratiſſimis conſtitutis adſpirare contempſerit, niſi Princeps *r* abſoluta vtens poteſtate expreſſim cenſuerit indulgendum.

Num. 5. Sed quoniam dictum eſt delinquentem in officio, & ob eiuſmodi delictum damnatum, non poſſe etiã alio in ſententia condemnationis non expreſſo, ad aliud officium adſpirare: aduertendum eſt ea iura *ſ* quibus prædicta firmatur opinio nõ poſſe ad quæcunque delicta in officio cõmiſſa adaptari, ſed ad ea tantum, quę ad pœnam priuationis officij infligendã ſufficere à iure cenſentur, vt ſunt ea, de quibus in dictis iuribus fit mentio, vel æquè grauia; in ijs enim verba fiunt de Iudicibus, *t* qui ſe furtis, & alijs ſceleribus ſcilicet non diſſimilibus, fuerint ſe maculaſſe conuicti; de pecuniarijs Officialibus publicæ pecuniæ decoctoribus, qui ſcilicet pecuniam publicam ſecum auferẽtes, ſolum verterunt, vel alias eiuſdem publicæ pecuniæ euerſoribus, ſeù expilatoribus, aut de ijs, qui nimia negligentia officia per ſententiã amittere meruerũt. Doctores verò, qui ſupra

q l. quicunq; apparitores C. de diuerſis offic. lib. 12. Muta deciſ. Sicil. 63 num. 20. verſ. replicabat.

r Text. in l. ſi quis ex grege C. de cohortalib. lib. 12. Maſtrill de magiſtr. lib. 2. cap. 9. n. 26. Giurb. conſ. crimin. 44. num. 51. Bouad. in polit. lib. 5. cap. 1. n. 197. Muta d. dec. 63. num. 20.

ſ Nempè l. Iudices C. de dignit. lib. 12. l. quicunq; apparitores C. de diuerſ. offic. lib. 12. l. ſi aliquid C. de ſuſcept. lib. 10. l. 2. C. de palat. ſacrar. largit. lib. 12.

t Rouit. de milit. pragmat. 3. num. 23. & ſeq.

ſupradictam ſequuti ſunt opinionem, vt ſatis ſit ad officij priuationem condemnatio ob delictum in officio perpetratum, hunc ſenſum habuerunt, vel habere debuerunt, vt intellexerint agi de delicto, quod pœnam *u* priuationis officij mereatur, & ſequuta declaratione delicti, pœnã priuationis ſubſequi tanquã delicto, quod commiſſum eſſe per ſententiã declaratum eſt, congruam, licet in ſententia non expreſſã. Hinc paſſim in praxi cernimus multos Regios magiſtratus delictorum reos in ſuis muneribus admiſſorũ varijs pœnis affici, & non ſemper officiorum ademptione puniri, ſed ea retinere.

Num.6. SECVNDVM impedimentum eſt aliqua iuris, vel facti infamia, nam vt ſancitum reliquit *x* Conſtantinus Auguſtus, neque famoſis, & notatis, & quos ſcelus, aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorum cœtu ſegregat, dignitatis portæ patebunt; & infames perſonæ ex *y* Diocletiani, & Maximiani reſcripto, nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus deferri ſolent, vti poſſunt, quamuis ciuilium munerum, quę ſcilicet pertinẽt ad onus, vacationem propter infamiam non habeant.

u *Ad rem Bouad. lib. 1. cap. 16. nu. 30. vbi enumerat delicta, ob quæ quis officio priuari põt, vt ſunt corruptio, violentia, partialitas, crudelitas, nimia negligentia, imprudentia, imperitia, et alia, quę ius definiuit ſatis eſſe ad priuationem officij, & iniuſtum eſſe tradit, vt ob leuem culpam quis officio priuetur. idẽ lib. 5. cap. 1. num. 198. vbi cæteras culpas minus graues alijs pœnis tradit puniẽdas D. Reg. Tapp. deciſ. 3. conſ ſupr. Ital. num. 73.*

x *l. 2. C. de dignit. lib. 12 & ibi gloſ.*

y *In l. 1. C. de infam. lib. 10. & ibi gloſ. idem in cap. infamib. de reg. iuris, vbi quod infamia facti, vel iuris repellit a dignitatibus habitis, & habendis. Aſflict. in conſt. vt vniuerſis nu. 57. Reg. de Ponte in d. tract. tit. 3. § 5. num. 4.*

*Num.*7. Ex quo infertur primo damnatos ex crimine, quodcunque illud ſit, ad aliquam pœnã habentem, vt aiunt noſtri, tractum temporis ſucceſſiuum, puta exilij, aut ſimilẽ, dum durat tempus pœnæ, arcendos eſſe à magiſtratibus aſſequendis, quia temporalis illa condemnatio trahit ſecum infamiam, quæ reddit condemnatũ honoris minimè capacem, & ſi crimen propter q damnatus ſit inter famoſa non annumeretur. Nam quod crimen famoſum nõ ſit, hoc tantum illud efficiet, vt expleto tempore condemnationis ceſſet infamia, honorumq; deinde capacitas redeat, dum tamen iuxta iuris ſcripti rigorem, tanto tempore ab honoribus abſtineat, quantum pœna durauit, vt reſpondit *a* Vulpianus, dum inquit, qui ad tempus relegatus eſt, ſi decurio ſit, deſinet eſſe decurio, hoc eſt durante pœna, vt exponit *b* gloſa, & ſanxit *c* Imperator Gordianus per hæc verba; ad tempus exulare decurio iuſſus, & completo tempore regreſſus, priſtinam quidem recipit dignitatẽ, ad nouos verò honores non admittitur, niſi tanto tempore his abſtinuerit, quanto per fugam abſuit.

Quod vero dictũ eſt, vt exilij pœna dum durat, quis nequeat magiſtratũ exercere

a *l.2.in princ.ff.de decurionibus.*

b *In ver. eſſe decurio, in d.l.2.*

c *l.ad tempus C.de his qui in exil.dati lib.10.et plenè hæc tradũtur in l. 2.vbi Bar.& gl.in verſ. venit ff.de decur. gl.in l. & ſi ſeuerior in ver. tranſactio C. ex quibus cauſis infam.irrogatur. text.& ibi gloſ. l.ad tẽpus ff.de decur. Caball. reſol.172. num 1. & 2. & 32.& reſol.121.n.8. & ſeqq. Bouadigl.lib.3. cap.8.num.14.vbi quod etiam ſi derelictum, pro quo quis ad exiliũ damnatus eſt, non infamet, tamen durante exilio, exulans, nõ poteſt exercere magiſtratum.*

cere,intelligendum neceſſariò eſt; etiã in alio loco, quam in loco interdicto; tum quia in loco interdicto ob aliam rationem nequit eum gerere, quia ſcilicet nec ibi morari poteſt, & fruſtratoria eſſent ſupradicta iura,ſi ad locum tantum exilij eſſent referenda, dum prohibent durante tempore exilij honores geri;tum quia,vt inquit *d* Bald. eum vbique comitatur infamia;neque de hoc dubium eſſe poteſt, vbi loca ambo ſubſint eidem Principi; ſed prima opinio, quæ à Baldo refertur, vt bannitus ab vno loco,poſſit in alio honores exercere,poterit locum habere, vbi alius locus diuerſo ſubiectus eſt Principi; quemadmodum hunc fuiſſe Baldi ſenſum dignoſcitur, ex eo quod affert in confirmationẽ primæ opinionis exemplũ Hermodori Epheſini, qui ab Epheſo exulans in Italia commorabatur, & in Italia honorem in legibus ferendis erat aſſequutus; tunc enim temporis *e* diuerſæ omnino ditionis erant Epheſus, & Italia; cum ſcilicet duodecim tabularum legum ferendarum Romæ auctor fuit Hermodorus. Et ad rem reperi extare quoddã *f* decretum peritiſſimi olim Conſiliarij de Bottis; qui cenſuit quemdam qui erat damnatus, vt ab Vrbe Neapolis per bien-

d *In l.2. §. ex actis in addit.in fine ff.de orig. iur.vbi primo dicit, q̃d bannitus ab vno loco, poteſt admitti ad honores in alio exãplo Hermodori Efeſij, deinde dicit arguo contra,quia eum concomitatur infamia. ad rem etiam Bouadigl.in d. polit. lib.3. cap.8, num.14.*

e *Vt colligitur ex computatione temporũ,quæ enarrãtur in d.l.2.§.poſteà ff.de orig.iur.*

f *In regiſt.Curiæ quintæ in antiquis apud Secret. Reg. Aud. Luc.& decretum fuit latũ die vltimo Ianuarij 1578.*

biennium exularet, officio ſcribæ minimè fungi poſſe in Regia Audientia Lucerina durante tempore exilij; nec mirum nam & Actuarius, ſiue Actorũ ſcriba carere debet *g* infamia, & illa temporalis condemnatio trahebat ſecum temporalem infamiam, abſque criminis, ex quo proceſſit condemnatio, diſtinctione vt ſupra dictum eſt; & ita in hoc mihi dicendum de iure videtur; quicquid indiſtinctè ſcripſerit Maſtrillus *h* bannitum in vno loco, poſſe in alio loco nõ interdicto ad honores admitti.

g Farinac.conſ.5.n.27.

h In lib.2.cap.1.n.61. de magiſtrat.

Quæ omnia ſunt intelligenda, niſi aliud Principi placeat, quia ſcilicet prudens, ſcienſq; ad honores quempiam vocet, cui rigor iuris obſtet, quia tunc rigorẽ legum remiſiſſe *i* præſumetur.

i Menoc.conſ.275.lib.3 num.54.relatus per Farinac.quæſt.116.n.139.

*Num.*8. Infertur Secundo, damnatum ex crimine famoſo, perpetuam ſcilicet infamiam irrogante, etiam ſi condemnatio fuerit ad tempus, & ſit elapſum tempus cõdemnationis & impletum non poſſe *k* magiſtratum retinere, aut ad illum adſpirare, vtpotè iam effectum infamem infamia iuris, etiam ſi de hoc nulla facta ſit mentio in ſententia.

k Text. in l.2.vbi gloſ. C.de dignit.lib.12. l ad tempus in primo dicto ff.de decurionib.gloſ.in l.2.verſ.venit ff.de decurionib.Caball.reſolut. 172.num 18.Bouadigl. d.polit.lib.5.cap.8.n.14

Sunt aut delicta famoſa, quæ publici iudicij cauſam habent iuxta iuris regulam,

lam,quam tradit *l* Macer Iuriſconſultus,vel quorum actio licet ciuiliter intentata,importat infamiam, vtcunque ad priuatum iudicium pertineant.

Vt autem hæc materia infamiæ quando nam ſententiam conſequatur,vel ab ea abſit ad rem dilucidetur.

Num 9. Hæc ſecunda illatio declaranda eſt,vt locũ habeat vbi eſt inflicta pœna ordinaria delicti *m* famoſi; ſecus ſi cauſa cognita fuerit diminuta; quia pœnæ diminutio cum cauſę cognitione efficit, vt pœna quoq; infamiæ cenſeatur relaxata; ſiue agatur de pœnis ordinarijs,ſiue arbitrarijs ex delicto famoſo deſcendentibus (dicetur *n* autem minui pœna in arbitrarijs habita ratione pœnæ conſuetæ imponi.)

Hinc deciſum refert Reg. Rouit. *o* ipſo patrocinante quemdam Præfectum Cohortis militaris ad pœnam exilij biennalis condemnatum ob delictum concuſſionis, quæ extraordinaria erat cenſenda habita ratione ad grauitatẽ delicti,ob vitium probationum, non fuiſſe habitum infamem,nec dicta pręfectura priuandum fuiſſe,quam ſcilicet ſi fuiſſet effectus infamis retinere minimè potuiſſet, cum alia pœna quam biennalis exilij in ſententia non fuiſſet expreſſa.Ratio huius declarationis eſt, quia

l l.infamem,& ibi glo. ff.de public. iudicijs.

m *Bart. in l.& ſi ſeuerior in antiq.lect. nu.7. verſ. circa quod dicas C. ex quib. cauſ. infam. irrog.*

n *Gloſ.in d.l.& ſi ſeuerior in ver.remiſiſſe,ibi, nec dicas illud eſſe verum in extraordinarijs C. ex quib. cauſ. infam. irrogatur.*

o *In pragm.3.de militibus num.30.*

Digitized by Google

quia *p* ſublata pœna principali,cuius conſequutio eſt infamia,æquum eſt,& ipſam infamiam remoueri.

*Num.*10. Dixi, ſi cauſa cognita pœna fuerit diminuta,quia ſecus eſt *q* ſi ex mero Iudicātis arbitrio ordinaria pœna delicti famoſi remiſſa eſſet; quia hæc gratuita remiſſio pœnam infamiæ nō tolleret: vnde cenſuit *r* Caballus quemdam nobilem, qui ob furtum ad temporalis carceris pœnā fuerat abſq; iuſta cauſa dānatus ex mera Iudicantis voluntate, non potuiſſe ad dignitatem Equeſtris militiæ Diui Stephani admitti vt infamem; tanquam ſcilicet gratuita illa corporalis pœnę remiſſione,pœnæ potius quam infamiæ,exemptum.

*Num.*11. Quod dictum eſt de diminutione pœnæ cum cauſæ cognitione, locū habet etiam cum pœna ſine *a* cauſa augetur,nam pœnę incrementū perinde, ac diminutio cauſa cognita tollit infamiā, quoniam ſententiæ ſeueritas cum cæteris dānis tranſigere videtur. nec mirū videri debet ſi ſine cauſa diminuta pœna, infamia non tollitur, aucta vero pœna ſine cauſa infamia tollitur, quia cum ſine cauſa minuitur pœna,delictum minus dilui,ac purgari videtur, vnde æquum eſt infamię pœnam

p *Caball. reſol.172.nu. 25.ex Bald.in l.& ſi ſeuerior C. ex quib. cauſ. infam.irrog.*

q *Text. in l. diuus Seuerus & ibi glo.in ver. putauerunt ff. de iniur. & famoſis libellis,text. in d.l.& ſi ſeuerior,ibi, certis rationibus motus cum gloſ. in ver. remiſiſſe, ibi, hic cum Iudex in ſua ſententia C. ex quib.cauſ. infam. irrog.*

r *reſolut.172. num.10. & ſequent.*

a *Text. & gloſ. in l. ſi poſſidonium C. ex quib. cauſ. infam. irrog. Caball.reſol.172.num.3.et 4. & num.25.*

nam manere, at pœna aucta ſine cauſa, cum acrius quam iuſtum ſit puniatur, iuri conſonum eſt, vt grauioris pœnæ incommodum cum commodo ſublatæ infamiæ compẽſetur ex regula vulgata, quod in vno grauatus, in alio eſt *b* iuuandus.

Num. 12. At ſi pęna cum cauſa augeatur, dummodo illa non perueniat ex atrocitate delicti, adhuc cẽſuit Bart. *c* remiſſam cenſeri infamiam; excipit autem caſum, vbi atrocitas criminis eſt in cauſa, vt pœna augeatur, quia facti atrocitas prodeſſe nemini debet.

Num. 13. Denique non omittendum eſt, ea omnia, quæ huc vſque dicta ſunt de infamiæ remiſſione ex pœnæ imminutione, vel incremento intelligi à Doctoribus, dummodo incrementum, vel imminutio fiat de pœna corporali in aliam corporalẽ mitiorem, vel grauiorem, ſecus ſi pœna delicti ordinaria corporalis minuatur in aliam pœnam pecuniariam, vel pœna delicti famoſi ordinaria, & pecuniaria, in aliam pœnã perinde pecuniariã grauiorem, vel leuiorem immutetur, nam hoc caſu diſceſſus à pœna ordinaria infamiam nõ aufert; quia ſcilicet de pœna corporali, qualis infamia cenſetur, ſi non afflictiua, ſaltim priuatiua ad pecuniariam

b *Caball. in d. reſol. 172 num. 25. ex Bald. per eũ allegato.*

c *In l. & ſi ſeuerior in antiqua lectura num. 7. verſic. Doctores dicunt melius C. ex quib. cauſ. infam. irrog.*

C non

non cadit proportio, ita vt altera alterius naturam ritè aſſumere *d* poſſit.

Num. 14. TERTIVM non diſſimile ad dignitates impedimentum eſt, ſi quis de aliquo crimine accuſetur. ita deducitur ex reſponſo Papiniani, *a* cuius verba ſunt hæc; in quæſtionibus nominatos capitalium criminum ad nouos honores ante cauſam finitam admitti non oportet; cæterum priſtinam dignitatem retinent: Marciani, *b* qui ita ſcriptum reliquit, reus delatus *c* etiam ante ſententiam honores petere principalibus conſtitutionibus prohibetur ex reſcripto Imperatoris Alexandri, *d* cuius ſanctio hęc continet; reos criminis poſtulatos *e* nouos honores appetere non debere antequam purgauerint innocentiã ſuam, & à diuis parentibus noſtris, & à me ſæpè reſcriptum eſt: quod de accuſatione dictum eſt, proculdubio, & de inquiſitione dicendum *f* eſt, ſatiſq; eſt ſola accuſatio, etiam ſi nomen rei receptum nõ ſit inter reos, vt tradit doctiſſimus, & integerrimus *g* Regens Tappia; colligitur ex ſupradictis Iuriſconſultorum reſponſis, & Cæſaris reſcripto, in quibus nulla niſi accuſationis mentio ſit, & expreſſius ex gloſa *h* quæ apertè

d *Bald. in l. quid ergo §. pœna grauior in 1. lect. num. 1. & 3. ff. de his qui not. infam. Caball. reſol. 172. num. 29. Bart. in l. & ſi ſeuerior in antiq. lectur. num. 7. verſ. quandoque Iudex alterā pœnam C. ex quibus cauſis infam irrog.*

a *In l. libertus §. in quæſtionibus ff. ad municipal.*

b *In l. reus delatus ff. de muner. & honor.*

c *Ideſt accuſatus, vt ex glo. in l. famoſi verſ. deferre ad l. Iul. maieſt.*

d *In l. vnic. C. de reis poſtulatis lib. 10.*

e *Hoc eſt vt gloſ. exponit accuſatos.*

f *Reg. Tapp. deciſ. 17. Ital. Conſil. num. 3.*

g *d. deciſ. 17. nu. 3. Reg. de Ponte tit. 3. §. 5. n. 3.*

h *Gloſ. in l. reſcripto §. ſi quis accuſatorem in ver. nõ debeat in princ. ibi, ſecus ſi accuſatur etiam nõ criminoſus ff. de muner. & honor.*

apertè docet arcendum ab honoribus eſſe eum qui accuſatur, licet nõ crimi-noſus ſit. & ſi id ipſum limitandum doceat idẽm peritiſſimus *i* Dominus Regens Tappia in ijs, qui perpetuum adepti ſunt officium, qui etiam pendẽte inquiſitione, vel accuſatione poſsũt ad maiora promoueri, quaſi nõ dicantur nouos honores aſſequi, ſed potius ad maiores gradus aſcendere, nec contineantur ſub prædictis prohibitionibus nouos aſſequendi honores, & iura antiquitus habita firmius retineant; ꝙ non eſt in ijs, qui nullum, vel tantum temporale adepti ſunt officium; quos ſupradictæ comprehendunt ſãctiones, dum ex accuſatione veteris tantum dignitatis retentionem permittunt, à nouis honoribus arcent, quaſi eorum iura ad honores ſint infirmiora; quãuis non omittam aliter diſtinguere videri Regentem Rouitum k in terminis ſupradictorum iurium, & requirere vt nomen rei receptũ ſit inter reos, ꝙ ſit per citationẽ, iuxta Rebuffum, *l* vel iuxta Io. de Platea ꝑ litis cõteſtationẽ, eſtq; hæc Io. de Platea cõmunior opinio. *m* Sed ſi licet homuncioni à tanti viri authoritate diſcedere, neſcio an eius opinionem probent allegata per ipſum *n* iura. nam dum vult Vulpia-

i *In d.dec.17.n.5.& 6.*

k *In prag.15. de officialib. à num.13.cum ſeq. vbi videtur ita diſtinguere, vt in Officialibus adeptis officium requiratur, vt nomen rei receptum ſit inter reos, l.reus ff.de mun. & honor. & l. libertus §.in quæſtionibus ff.ad municip. & l.vnic.C.de reis poſtulatis lib. 10. non autem ſufficiat accuſatio, in ijs vero, qui nullum ſunt adepti officium regula ſit conſtituenda, vt ſufficiat accuſatio.*

l *l.1. C. de reis poſtul. lib.10.*

m *Rouit. prag.15. de official.num.14.*

n *Iura, quæ allegat sũt text. in l.furti in princ. ff.de his qui not.infam. & in l.fin.C.de accuſ.*

nus o furti, vel alijs famoſis actionibus condemnatum, qui prouocauit, non eſſe inter famoſos habendũ, quia ſcilicet vt inquit gloſ. appellatio, vel extinguit, vel ſuſpendit pronuntiatum, nihil ad rem; cum prædictæ authoritates quibus accuſatus nouos honores appetere prohibetur, non condemnationem, vel infamiã requirant, ſed accuſatione contentæ ſint: reſcriptum vero p Honorij, & Theodo: dum ſeruari iubet, vt quicunque in diſcrimen capitis accerſitur, non ſtatim reus, qui accuſari potuit, exiſtimetur, nihil commune habet cum eo de quo quæritur: nam & verborũ ſenſus eſt, vt non ſtatim, atque quis accuſatur, cenſendus ſit eſſe damnandus, vt exponit gloſ. illud verbum reus ideſt damnandus; at cum dicitur accuſatum debere ab honoribus abſtinere, donec accuſationis exitus videatur, vt iura præcipiunt, nõ ex hoc dicimus, aut cenſemus eſſe dãnandum: ſola igitur accuſatio, vel inquiſitio in ijs, quod adhuc officium nõ sũt adepti, vel tẽporalẽ tm̃ habẽt dignitatẽ efficit, vt accuſatus, vel inquiſitus ad nouã dignitatẽ nequeat adſpirare.

Et hoc niſi annus elapſus ſit; nam poſt annum quam reus delatus eſt honores petere non prohibetur, vt inquit Marcianus,

o *In d.l.furt. in princ.*

p *In l.fin.C.de accuſ.*

cianus, *q* niſi per ipſum ſteterit, quo minus cauſa infra annum expediretur, vnde cauſæ quoad hoc anno finitur inſtantia, licet in alijs cauſis inſtantia vſque ad biennium duret, vt notat Accurſius. *r*

Quæ cũ ita ſint tamen prudentia occurrendum eſt, ne calumniantibus aditus pateat,& malitijs *ſ* hominum, qui ſępius ex odio magis quam ex veritate ad accuſandum prodeunt, via aperiatur; & conſiderandum neminem futurum *t* innocentẽ, ſi accuſaſſe ſufficiat.

q *In d l. reus verſ. ſed poſt annum ff. de mun. & bonor.*

r *In d.l. reus in verbo ſed poſt annum. Regens Tapp. in d. deciſ. 17. n. 8. Rouit. in d. pragmat. 15. num. 15.*

ſ *Ad tex. in l. in fundo §. fin. ff. de rei vend.*

t *Plinius in panegyr.*

Num. 15. QVARTVM impedimentum eſt, ſi quis cum aliud officium annale obtinuerit, ſindicatui, iuxta tam communium, quam municipalium legum præſcripta minimè obtemperauerit; nam hic ad aliud officium exercendũ admitti non debet ex eorumdem iuriũ diſpoſitione,& præſertim extat *u* Ritus M.C. neminem ad aliud officium aſſumendum, vel admittendum, niſi prius exhibitis litteris liberatorialibus ſui ſindicatus.

Num. 16. Quæ quidem Ritus verba formam inducere videntur omnino ſeruandam, ita vt etiam nemine *x* conquerente ea forma non ſeruata, non exhibitis ſcilicet ſuæ abſolutionis à ſindi-

u *Text. in l. 1. C. vt omnes Iudices tàm ciuiles, quàm criminales, l. neminem C. de ſuſcept. lib. 10. text. in prag. 1. de ſindic. official. & in ritu 295. cum alijs concordantibus.*

x *Carauit. d. ritu 295. num. 12. ex Baldo, quem ibi allegat.*

ſindicatu documentis nequeat ad officium admitti.

y Carauit. eod. num. 12 cod. ritu 295.

Vſus *y* tamen obtinuit, vt nemine inſtante rigor Ritus minime ſeruetur, vt tradit Carauita; & ſi eius diſtinctio quippè nimis verbalis, & auctoritate deſtituta minimè arrideat, dum conatur ſoluere obiectionem, quę ſumi poteſt ex dictione niſi, quæ importat formam; vt illud procedat cum dictio niſi poſtponitur, non cum præponitur, vt in Ritu.

Num. 17. Tamen affirmandum eſt ſatis eſſe alterius loci petitionem, vel ſcilicet vbi quis officium geſſit, vel vbi geſturus eſt; ne dum vniuerſitatis nomine, ſed etiam *a* vnius ex ciuibus alterutrius loci.

a Carauit. d. ritu 295. num. 11.

Num. 18. Et licet ſi qui parere debet ſindicatui careat criminalibus accuſationibus, ſed tantum ciuiles querimoniæ contra eum propoſitę ſint, liceat ei recedere à loco vbi officio functus eſt relicto procuratore, vt aiunt, inſtructo; non tamen antequam omnino impletus ſit ſindicatus, & *b* obtētæ ſint litteræ liberatoriales, poterit aliud officium capere; quia verbis ritus non diſtinguitur an querimoniæ ſint ciuiles, vel criminales; ſed abſolutè poſtulatur, vt quis litteras abſolutorias exhibeat,

b Caranit. d. ritu 295. num. 11.

beat, quibus non exhibitis ab alijs honoribus procul haberi iubetur.

Num. 19. Hæc ſindicatui parendi neceſſitas ampliatur primo, vt quoniã ſindicatus ex ipſo iure diuino originem ſumpſit, nec à Principe relaxari poſſit, niſi cum *c* expreſſa legis abrogatione.

Num. 20. Ampliatur, vt cuiuſcunq; *d* generis officium exercentes, ſiue magnũ, ſiue humile, quod ſcilicet ad iuſtitiæ, ſeù iuriſdictionis adminiſtrationẽ ſpectet, etiam ſi annale nõ ſit, vt ſunt exẽpli gratia, qui vulgo appellantur commiſſarij Prothomedici, redemptionum vniuerſitatum, & qui per paucos dies locum magiſtratuum ordinariorũ explent, ſindicatui parere teneãtur, ac de omnibus in officio geſtis, licet ipſi officio extranea ſint, & aliundè delegata, & commiſſa.

Num. 21. Ampliatur, vt iuſta cauſa dicenda ſit non admittendi ad exercendum officium eum, qui ad officium electus eſt, ſi quis cautionem de obtemperando ſindicatui non pręſtiterit; *e* immo nec debet admitti, niſi pręſtita hac fideiuſſoria cautione; quam cautionem præſtare debebit, etiam ſi quis à Principe coactus ſit officium ſuſcipere, vt colligo ex Antonini, & Veri reſcripto, qui teſte Papyrio *f* Iuſto reſcripſerũt,

non

c *Auiles relatus p Rouit. pragm.* 1. *eod.n.* 61.

d *Pragm.* 3. 4. *&* 5. *de ſindicatu, prag.* 10. *de offic. Iud. num.* 30. *Rouit. prag.* 1. *eod. nu.* 63. *olim in ord.* 6. *edita die vlt. Octobr.* 1588. *Reg. Tapp. in cõſt. Regni volumus.*

e *Prag.* 1. *nu.* 6. *de offic. Iudic. ibi, & non poſſint intrare officia niſi præſtiterint idoneam fideiuſſoriam cautionem*; *Capibl. prag.* 5. *nu.* 179. *de Baron.*

f *In l fin.* §. *fin. ff. ad municipalem.*

non minus eos qui compulſi magiſtratu funguntur, cauere debere, quam qui ſpontè magiſtratum agnouerunt.

Num. 22. Ampliatur, vt ſi quidem ad magiſtratum deligatur is, qui pro alio officio antea geſto ſindicatui non paruerit, licet poſtquam electus eſt pareat, tamen ipſa electio nullitatis vitio laboret; quia ſcilicet quoad officia attinet, inſpicienda eſt capacitas electionis, vt tradit Rouitus; *g* idque deducitur ex verbis Ritus *h* quibus continetur, ne poſſit quis non oſtenſis litteris ſindicatus ad officium adſumi; quæ verba non ſolum ipſam officij adminiſtrationem, ſed etiam electionem impediri important, nam verbum aſſumi refertur, vt docet Carauita *i* ad ipſũ eligentem, ergo verborum Ritus ſenſus eſt, vt antequam quis ſindicatui paruerit, & abſolutionem reportarit, non poſſit quis ad officium eligi.

g *Rouit. in pragm. 5. de Baronib. num. 25.*

h 295.

i *d. ritu 295. ad rem Rouit. d. prag. 5. de Baronib. num. 20.*

Num. 23. Declarãtur prædicta, vt habeatur quis pro k abſoluto, ſi per ipſum ſindicandum non ſtetit, ſed potius ipſius ſindicatoris culpa accidit, vt infra terminum à lege definitum cauſæ expeditio dilata ſit, ita vt nec abſolutio, nec condemnatio ſequuta ſit; quia termino elapſo quemadmodum non admittitur querela, ita nec ipſius proſequutio;

k *Paris de Puteo in tr. officialis relatus p Guazzin. defenſ. 1. c. 23 num. 10. D. Reg. Tappia in conſt. Regni volumus lib. 2. de ſindic. official.*

quutio; niſi tamen aliquod iuſtum impedimentum cauſæ ſindicatus expeditionem remoratum fuerit, vt aduertit D.Regens Tappia, *l* qui ideo ſe teſtatur vidiſſe aliquos ſindicatus ad menſes, & annos protractos.

l *Ead. conſt.Regni volumus.*

Declarantur etiã vt ab hac ſindicatui parendi neceſſitate de conſuetudine eximãtur quidã ſupremi gradus magiſtratus, vt in ditione Põtificia de Præſidibus Prouinciarũ teſtatur Guazzinus, *m* & de huius Regni ampliſſimis Proregibus omnibus notum eos lege ſindicatus non adſtringi.

m *defenſ.1.cap.23.n.9.*

*Num.*25. Sindicatus litteras neceſſarias duxi; non tamen vt hoc nõ omittam, magnifaciendas à Principibus cenſeo ſubiectorum litteras commendatitias, quæ eũ qui apud ipſos functus eſt magiſtratu, dignum commendatione teſtantur: quippè hæc, atq; talia plerumque ſtudiosè cõquiruntur, & affectantur ambitiosè magis, quam ex rerum geſtarum fide: hinc integerrimus ille Thraſea Senator ſui temporis maximũ decus cenſuit prohibendam eſſe Prouincialibus gratiarũ actionem Senatui, quam tunc temporis curare cõſueuerant Prætores, aut Proconſules pro bona eorũ electione, quaſi ritè, rectèq; Prouincias ſibi demandatas admini-

n *Tacit. lib.15. annal. num.3.*

o *Tacit. ibidem.*

ſtraſsēt; quia plerumq; *n* laus eſt falſa, & precibus expreſſa, quæ perinde, ille aiebat, cohibeatur quam malitia, quam crudelitas; quinimmò non ſemper ſubiectorũ in magiſtratus propenſio ex illorũ virtute proficiſcitur; quædam *o* immo virtutes odio ſũt, ſeueritas obſtinata, inuictus aduerſus gratiam animus, vt verè dici poſſit cum eodem; plura ſępè peccantur dum demeremur, quam dum offendimus.

Eſt igitur neceſſaria abſolutio ſindicatus, ſed ea ſatis non eſt, ad poteſtatis integrè, ſanctèq; geſtæ teſtimonium.

p *In cap. Regni 132. incipiente item ſtatuimus quod tam Iuſtitiarij.*

* *deciſ.26.nu.6.& ſeq.*

q *Pragm.6. de ſindic.*

Num. 26. Hinc merito poſſe quem etiam poſt dictam cauſam in ſindicatu, & obtentam abſolutionem à Curia Regia inquiri ſanxit Carolus *p* Secundus. quod intelligo nedum ex poteſtate Principis, vel eius, qui Principis locũ gerit, vt tradit Reg. de Ponte, * ſed etiam ex ordinaria competentium Iudicum Regiorũ facultate; dummodo de ijs criminibus, de quibus in ſindicatu, nec actum, nec cognitum eſt inquiratur, vt expreſſim lege *q* municipali cautum eſt ad veterum municipalium legum interpretationẽ, dum id ab omnibus Regijs Tribunalibus abſq; vlla cõtrouerſia obſeruari iubet: quę quidẽ lex non procedit, vbi poſt ſindicatum

parte

parte conquerente de admiſſis in officio ad Iudicium vocaretur; *r* dico de admiſſis in officio;quia ſi agatur de delicto non intuitu officij patrato,etiam poſt ſindicatũ expletum parti integra manet actio, *ſ* quemadmodũ nec dicta lex municipalis locũ habet,vbi ſindicatores, quod ijs licet,& ipſi per inquiſitionem proceſſiſſent, *t* quia tunc eſſet,quod iura prohibent, iterum cognoſcere de eo,quod iam cognitũ eſt.

r *De Ponte dec.26. nu. 12. ex doctrina Parid. de Put.in ver.officialis cap.1.quam in hoc caſu procedere dixit.*

ſ *Reg.Carol.Tapp. in conſtit. Regni volumus de ſindic.official.lib.2.*

t *De Pont.dec.26.n.21. Rouit. prag.1.de ſindic. num.25.*

Num. 27. QVINTVM impedimentum eſt locus; ſunt enim aliqua loca ad magiſtratum ibi gerendum interdicta, & in primis interdictus eſt locus propriæ patriæ,vel Prouinciæ,vt *u* Gratian. Valentin. & Theod. Cæſares reſcripſere per hęc verba;ne quis ſine ſacrilegij crimine deſiderandũ intelligat gerendæ,ac ſuſcipiẽdæ adminiſtrationis officium intra eam Prouinciam, in qua prouincialis, & ciuis habetur: & ſanxit de Iure Regni Imperator Federicus, *x* dum Iuſtitiarij inquit ꝑ Prouincias ſtatuãtur, qui non ſint de Prouincijs,quas ſibi munificentia noſtra decreuerit oriundi, nec in eis habeant incolatum, nec maiorem fortunarum ſuarum partem ſtatuerint, vt aſſolet in eiſdẽ; nec ibidẽ ꝑ ſe,aut filios ſuos prę-

u In *l.ne quis C.de crimine ſacrileg. cõcordat text. in l.3.C.de diuerſ. offic.lib.12.cum cõcord. Maſtrill. de magiſtrat. lib.2.cap.7.nu.1.& ſeq. Bouadigl. lib.1.cap.12. num.23. Rouit. prag.1. de officialib.num.17.*

x *In conſtit. Iuſtitiarij per Prouincias, & ibi Reg. Tappia poſt Aſſ.*

ſertim acceptis in dotē immobilibus, contraxerint parentelas; Aſſeſſores etiam,& Actorum Notarios de decretis ſibi Prouincijs oriundos,vel qui in prædicta cauſa fuerint ſaluberrima prouiſione negamus.

Quòd impedimentum ampliandum eſt etiam ad eos,qui feudum in Prouincia habent, vt eidem præeſſe non poſſint; ne ſi homines feudi à Præſide eòdem, & Domino grauari accidat,careāt Iudice maiore,à quo ſubſidium aduerſus grauamen *y* petere poſſint.

Rationes quibus hoc impedimentum à legibus introductum eſt, ſunt non modici momenti; nam alias per gratiam, aut odium multa fierent; *a* etenim in patria plerumque vt amicos ita inimicos, & æmulos quis habet (quēadmodum ſolent eſſe in Ciuitatibus partialitates) illis occaſione poteſtatis,quam gerit gratificari,his infenſus eſſe, & nocere facilè poterit: nec conciuis magiſtratus ſincerè, vt decet, dicere *b* audebit ſe nulla odia,nullas iniurias,nec cupidinem vltionis afferre, aut nullis diſcordijs *c* imbutum pari in omnes ſtudio agere.

Præterea expedit prædicta prohibitio ad effugiendam cōciuium inuidiam, nam eius conciuis poteſtatē cum quo ęquo

iure

y *Anton. Sola relatus per Maſtrill.d.lib.2.c.7. num. 2.*

a *Gloſ.in l.fin.C.de crimin.ſacrileg. & gloſ.in l.fin.ff.de aſſeſſorib. vbi pro ratione prohibitionis cōſiderat poſſe prodeſſe amicis, & nocere inimicis.*

b *Tacit. lib.13.annal. num. 2.*

c *Tacit. lib.11.annal. num. 5.*

iure agere conſueuerunt, ægerrimè ſe-
rent; inſita *d* mortalibus natura re-
centem aliorum fęlicitatem ęgris ocu-
lis introſpicere, modumq; fortunæ à
nullis magis exigere, quam quos in
æquo videre.

d *Tacit.lib.2.hiſt.nu.6. ad tradita per gloſ.in l.fin.C.de cri.ſacril. vbi quod nemo Propheta acceptus in patria, & ad l.fin.de offic.aſſeſſor. ubi pro ratione prohibitionis gerendi officium in propria patria conſiderat inuidiam conciuium.*

*Num.*28. Ex quibus ſupradictum impe-
dimentum exercendi officium in pro-
pria patria ampliandum arbitror etiam
ad Fiſci Patronos prouinciales; qui li-
cet iuriſdictione careant, ſed tantum
pro eò, quod Fiſci intereſſe exiſtimāt,
in ſuis petitionibus audiuntur à Iudi-
cantibus; qui ſi ita æquum videatur,
aduerſus Fiſci poſtulata *e* pronūcian-
di facultatem habent; adeo vt nec in
carcerem aliquē detrudēdi poteſtas *f*
cis ſit, aut è carceribus dimittendi,
(præterquam quod in pecuniarijs cri-
minum compoſitionibus ſuffragium *g*
ferre poſſunt) tamen quia eorum ma-
xima eſt authoritas, ideo ius, faſq; eſt,
vt hac prohibitione comprehendātur.

e *Carauit.ritu* 11. *n.*6. *& ritu* 17.*num.*4.

f *Pragm.*37.*nu.*24. *de offic.magiſtr.Iuſtit.*

g *Pragm.*3.*num.*2.*in fine et quod notatur ad marginem de offic.mag. Iuſtitiarij.*

Eędem enim ferè militant prohibendi ra-
tiones; cum aliorum delicta diſſimula-
re gratia, in alios odio acrius inſurge-
re facilè valerent; & huius ſententiæ
eſt Iulius *h* Paulus, dum ait; in ea Pro-
uincia, ex qua quis originem duxit, of-
ficium fiſcale adminiſtrare prohibetur;
ne aut gratioſus, aut calūnioſus apud

h *Relatus per Bonad. lib.*1. *cap.*12. *num.* 23. *in lit.D.& per Maſtril. lib.*2.*cap.*7.*num.*11.

ſuos

ſuos eſſe videatur. Et ſi Ego, quod nõ iactãtia refero, fuerim nouem ad circiter annos in hoc Aduocati Fiſcalis munere in patria Proregum indulgentia toleratus.

Num. 29. Supra allata Iurium ſupra allegatorum prohibitio nonnullas admittit reſtrictiones;

Prima eſt, ſi ſpeciali *i* permiſſu Principis patriæ ſuæ gubernatio alicui permittatur, aut quod magis *k* eſt vltronea liberalitate offeratur. Satiſq; ad id eſſe cenſerẽ, ſi Princeps ſciẽs aliquem eſſe oriundum ipſi officium in propria patria, vel Prouincia demandaret, nam condonare legis prohibitionẽ cum id faceret ſciens exiſtimandus *l* eſſet.

Secunda, ſi ageretur de viro non vulgari doctrina, ac probitate conſpicuo; nam propter hanc maximam eminentiam recedi poſſet à regulis iuris, vt docet Afflictus; *m* quamuis Auendanus *n* cenſeat hoc locum habere accedente populi, cui ille ius dicturus eſt, cõſenſu.

Tertio, ceſſat prohibitio in locis vbi reſidet Princeps, in quibus poteſt ciuis magiſtratũ exercere; hinc quia Romæ Princeps ſupremus cõmorabatur, tres Prætores, ex his qui proprium larem in illa Alma Vrbe habebant, non ex Prouincijs, *o* eligebantur.

Hinc

i *Ex tit. ut nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali permiſſu Principis permittatur.*

k *Tex. in l. fin. C. de crimine ſacrileg. in fine.*

l *Iuxta dicta in ſecundo impedimẽto illat. 1. in fine, & faciũt tradita per Nicaſ. in §. ſed ſeruus inſtit. de teſtament. tut. nu. 3. vbi quod Papa ſcienter conferẽs beneficium inhabili, cenſeretur ſuper illius inhabilitate diſpenſare.*

m *In conſtit. Iuſtitiarij per Prouincias, Bouadigl. lib. 1. c. 1? n. 31.*

n *Relatus per Bouad. eod. num. 31.*

o *l. tres C. de offic. Pretoris.*

Hinc fit, vt in hac Vrbe Neapolis, vbi eũ præſentem habemus, qui ſupremi dominatoris locum obtinet, regiaq; in omnibus fungitur *p* poteſtate nulla huius prohibitionis ratio habeatur. Principis enim præſentia omnem iuſti timoris *q* excludit præſumptionem.

p Maſtrill. deciſ. Sicil. 291. n. 26. Reg. de Pont. tit. 7. §. 6. num. 3.

q Text. in l. 1. C. de his qui metu Iudicis non appellau.

Quarta reſtrictio eſt in Aſſeſſore, qui publicum ſtipendium non habet, is enim in propria patria poterit Aſſeſſoris munere fungi, vt Papinianus *r* reſpõdit; in Conſilium, inquit, Curatoris Reipublicæ vir eiuſdem Ciuitatis adſidere non prohibetur, quia publico ſalario nõ fruitur: nam, vt inquit *ſ* gloſa, cum difficultate aliunde abſque ſtipendio ad huiuſmodi munus exercendum accederent exteri:

r In l. fin. ff. de off. Aſſeſſor.

ſ Finalis in d. l. fin.

Quemadmodum non diſſimilis eſt limitatio, vbi ageretur de modicis *t* oppidis; aut de eo, qui modicum ad tempus *u* ordinarij magiſtratus vices obiret.

t Theſ. deciſ. 268. Aff. in conſt. Iuſtitiary per Prouincias, Maſtrill. de magiſtrat. lib. 1. c. 21. num 23. Bouadigl. lib. 1. cap. 12. num. 29

u De Franch. deciſ. 98. Reg. Tapp. in conſtit. Iuſtitiary per Prouincias num. 1. Bouadigl. lib. 1. cap. 12. num. 28.

Num. 30. Inter loca in quibus publicam poteſtatem exercere iure quis prohibetur, eſt locus, vbi eandem poteſtatẽ exercuit, propter amicitiarũ, vt reor, vel inimicitiarum ibi contractarũ pręſumptionem, vt quatuor Cæſares *a* nempe Grat. Valent. Theod. & Arcad. reſcripſere; immo nec in eumdem locũ publi-

a l. 3. C. de diuerſ. offic. lib. 12. Rouit. prag. 1. de official. num. 17.

publici, aut priuati negotij *b* exequutor dirigi poteſt;& ſi prædictã iuris diſpoſitionẽ nunquã viderim vſu receptam, ſed contrarium ſæpiſſimè ſeruatum; immo non raro idem officium Proregum confirmatione repetitum, & continuatum eſt; hæc enim prohibitio continuandi officia vtpotè iuris, vt aiunt, poſitiui, poteſt ab eo, qui Principis locum gerit, nedum ab ipſo Principe ad libitum remitti. *c*

b *De officio Iudicum pragm 7. nu 4. vbi quod non poteſt deſtinari cõmiſſarius publici, vel priuati negotij in cum locum, in quo alias officium exercuit, ex eadem l. 3.*

c *Viuius dec. 129. Capiblanc pragm. 5. n. 131.*

Num. 31. Ad idem etiã pertinet, vt ſi forſan duæ inter ſe Ciuitates diſcordias, & ſimultates exerceant, ciuis vnius nõ debeat admitti ad magiſtratum in Ciuitate *d* altera exercendum; æquum enim non eſt vt infenſo, aut ſuſpecto homini Ciuitas regenda tradatur.

d *Auiles, relatus per Reuit. prag. 1. de offic. Iudicum num. 8.*

Num. 32. SEXTVM impedimentum eſt ſi perſona, quæ ad honores iuriſdictionis adſpirat, non ſit Regiæ Iuriſdictioni ſubdita: & ideo clerici, vel *e* religioſi ad exercẽdos magiſtratus admitti non debent, vt l. municipali cautum eſt; cum contra eos criminaliter apud Regios Iudices agi nõ poſſet, vbi forſitan eos in demandatis ſibi officijs delictum aliquod admittere contingeret, vt Præſes de Franchis *f* teſtatur remiſſum ad Curiam Eccleſiaſticam quem-

e *Tex. in cap. Regni vt cum nihil de non ſtatuendis clericis, vel exteris officialibus.*

f *De Franch. deciſ. 439*

quemdam clericum; qui ex eo quia laicus fuiſſet exiſtimatus, fuerat ad ſæculare officiũ à Prorege tunc tẽporis admiſſus,& in eo arguebatur deliquiſſe; quicquid ſit an ſaltim ciuiliter quo ad priuationem officij *g* in eiuſmodi clericum agi poſſit.

g Videndus Caball. reſolut. 64. & Maſtrill. deciſ. Sicil. 159.

Non omitto tamen ſæpiſſimè eius legis rigorẽ ab huius Regni Proregibus nõ eſſe ſeruatum; ſuntq; demandati ampliſſimi magiſtratus Equitibus militiæ Hieroſolymitanæ, quos tanquam verè religioſos conſtat eſſe à Regia Iuriſdictione exemptos, ſpectatę ſcilicet probitatis; qui ſuam operã Regi fideliter, & cum bono publico nauauerũt. Domini enim Proreges vtcunq; teneantur, ſi Rouito *h* credimus, propter illa verba, quibus ampliſſima eorum poteſtas tẽperatur, ſcilicet (ſeruatis Capitulis,& Cõſtitutionibus Regni) ſeruare leges,& Conſtitutiones Regni; poſſunt tamen mentẽ ſupremi noſtri Regis interpretari, etiã ipſo Rege aliquid fieri *i* prohibente; quia ſcilicet Regis mens ea eſſe præſumitur, vt prædictæ legis rigor condonari poſſit in nonnullis, ob eorum egregium meritũ Proregis arbitrio dijudicandum; & quæcunque Proreges agũnt, ea ex ſpeciali Regis mandato *k* agere cenſendi sũt.

h *Pragm. 1. de official. num. 20.*

i *Maſtrill. dec. Sic. 205 num. 36.*

k *Maſtrill. dec. Sic. 291 num. 27.*

Sed cæteri inferiores à Proregibus proculdubio obtemperare prædictæ legi compelluntur.

Hæc sũt, quæ ad obtinendum magiſtratũ præcipua, & frequentiora impedimenta exiſtimaui, reliquum eſt, vt de conditionibus, quæ ceſſantibus ſupra commemoratis impedimentis in bono Iudice deſiderantur, verba faciam.

*Num.*33. ANTE õmnia eum, qui ad iudicandi munus aſſumendus eſt, legum ſcientia excellere oportet; nam alioquin quo nam modo in iudicando obtemperare is legibus poterit, qui leges ipſas ignorat? quonam modo poterit iuſtum, iniuſtumque diſtinguere, æquum ab iniquo, licitum ab illicito diſcernere, niſi iuris notitiã hoc eſt artẽ boni, & æqui, quæ id facere docet, *a* calleat.

Dixi excellere, quia vulgaris doctrina ſatis eſſe videri minimè debet, immo maius aliquid, & præſtantius poſtulatur, ne ſcilicet quis paſſim nulloq; delectu adhibeatur ad exercendum in ſubiectos, de vita, fortunis, eorumq; nõ rarò de dignitate Iudiciũ, vt rectè monet Reg. *b* de Ponte aſſerens præcipuum Regiorum Viſitatorum munus eſſe

a *Text. in l. 1. ff. de iuſt. & iure, Reg. de Ponte tit. 3. §. 5. nu. 11. de pot. Proreg. D. Reg. Tapp. in rubr. de offic. conſtit. nu. 15. in tract. de iur.* Regni.

b *d. tit. 3. §. 7. num. 13.*

eſſe, vt de ſcientia magiſtratuum quibus iudicandi auctoritas commiſſa eſt, diligenter inquirant.

Num. 34. Quæ quidem ſciētia eſſe debet cum forenſi vſu, & exercitatione coniuncta. *c* Cuius in vniuerſum magna vtilitas eſt; adeo vt aſſiduus vſus vni rei deditus,& ingeniū,& artem ſępè *d* vincat, & omnium magiſtrorum præcepta *e* ſuperet, & plerumq; etiam ſine litteris *f* profit; cumq; *g* generale ſit, vt quamuis quis alicuius artis præcepta perceperit,tamen quicquam magna laude dignum ſine vſu,& exercitatione conſequi nō poſſit, huius legalis diſciplinæ peculiare eſt,vt ipſius rei vaſtitas, ac magnitudo vſum quoq; exercitationemq; deſideret. Hinc Imperator Iuſtinianus *h* meritò deteſtatur nomina Iudicum legum ineruditorum,vel non habentium cauſarum experimentū; & praxim appellat Bald. *i* ſcientiam digeſtiuam.

Hinc infertur ſcholaſticam doctrinā forenſi practica deſtitutā Reipublicæ parū vſui eſſe,nec ſatis aptos ad iudicādi munus eſſe eos, qui ſcholæ tantum nō vitæ didicerunt,nam forus K à ſchola diuerſa res eſt,quemadmodum aliud eſt pugnare,aliud ventilare,ita vt non ineleganter dictum ſit, ſcholam quaſi

c *Foller. in ſua praxi crimin. in princ. num. 3. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 2. num. 45. cap. 3. Bonadigl. lib. 1. cap. 6. n. 28.*

d *Cicero relatus à Bonadigl. loco ſupra cit.*

e *Cic. de orator. lib. 1. num. 15.*

f *Gloſ. 1. in l. hoc edicto ff. quod quiſque iuris.*

g *Ex Cic. de offic. lib. 1. num. 60.*

h *In auth. de Iudicib. in princ. ibi, non enim exiſtimauimus.*

i *In l. Æmilius ff. de minoribus.*

k *Ex Senec. lib. 3. controuerſ. in præfat. in epitom. ſeù excerptis.*

Iudum,forum arenam eſſe. Nec mirum ſi vtcunque ſit quis in ſcholaſticis diſputationibus verſatus, ſi *l* tamen foro ſe continuit,vbi producatur in forum,vix ſeſe inueniat.Idque præſertim vbi de ſummorum prætoriorum Iudicibus conſtituendis agitur, nam non niſi poſt longam rerum experientiam, multarum cauſarum,plurimiq; temporis experimento exercitati, ad eiuſmodi faſtigium *m* ſunt promouendi.

Num. 35. Scientia in Iudicante deſideratur, nõ tamen nimia, & vt vulgo aiunt *n* ſofiſtica ſubtilitas, quia nimia ſubtilitas eſt legibus inimica, & ſępè veritati tenebras offundit;audi,inquit, Seneca, quantum mali faciat, nimia ſubtilitas,& quam infeſta veritati ſit. Rationes ſunt in promptu,quia legalis ſcientia, non quemadmodum pleræq; aliæ circa eas res,quæ extra hominum commercium ſunt,ſed circa rerum ciuilium,negotiorumq; forenſiũ,ac Reipublicę tractationem verſatur;ingeniũ igitur ad communia hominũ ingenia accomodatum, opportunum eſt, quæ plerumq; multo hoc acumine carent; hinc ſatis ad rem Thucidides *o* dixit hebetiores vt plurimum melius Rempublicã adminiſtrare,quam acutiores. Præterea rectę iuſtitiæ adminiſtratio,quę Iudi-

l *Ex Senec.ibidem.*

m *Text.in auth.de Iudicibus §. vetus igitur, ibi,quia verò competẽs D.Reg.Tapp.in rubr.de official.conſtituend. nu. 16. in fine.*

n *Maſtrill.de magiſtr. lib.2.cap.2.num.86. & ſequent. Bald.in l.veteris num. 3. de contrah. & committend. ſtipul. Bouadigl. lib.1. cap. 6. nu.16.lit.C. Lipſius ad rem in notis ad lib. 3. politic. c.4.in ver.quod ſatis ſit acutos. Senec, in epiſt.88.*

o *libro* 3.

Iudicanti commiſſa eſt, non in multo ſupra quam æquum eſt acumine, non in multarum copia rationum, ſed in directa quadam Iudicij norma conſiſtit; at iſti acutiores plerumq; rationũ multitudine, quam illis nimia ingenij ſubtilitas ſuppeditat, laborant, atque obruuntur, ita vt ſe ipſos præpediant, & vix cui nam ſententiæ adhæreant, ſciant extricare; datumq; eſt eis potius de omni re in vtramque *p* partem ex æquo diſputare poſſe, quam definire, quod munus eſt Iudicantis.

p *Ex Senec. epiſt.* 88.

Num. 36. Sunt & qui exiſtiment, & aliarum artium liberalium peritiam in Iudice *q* vſui eſſe; quod haud equidem inficior; ſed quoniam legalis diſciplina vaſta eſt, ac terminos nõ agnoſcit, hominis verò vita anguſtiſſimis circũſcribitur finibus, neſcio an ſatius ſit cũ Seneca *r* monere cupiditatẽ diſcendi regendam eſſe, ne ipſa ſe impediat, nec auidè inuadenda vniuerſa, ſed quantum humana imbecillitas capit, hauriendum eſſe; nam quo plus recipit animus, hoc ſe magis laxat; cauendumq; non rarò eſt, ne vt omnium *ſ* rerum, ita & litterarũ intemperantia ex qua ſæpè confuſio oritur, laboremus; & ad rem cum Aeſchilo concludendum videtur; eum qui fructuoſa,

q *Bouadigl. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 3.

r *Epiſt.* 108.

ſ *Ex Senec. epiſt.* 106. *in fine.*

non

non qui multa ſcit ſapere.

*Num.*37. Sed non ſolum ad eum,qui Iudicem eligere poteſt, hæc pertinet cura;ſed & ipſe,qui ad iudicandi poteſtatem adſpirat,ſuas quoad ſcientiam vires metiatur opus eſt, periculis tam animi,quam corporis alioquin futurus obnoxius. Hæc enim à noſtris communiter diſtinctio *t* adhibetur, vt ſiquidem Iudex quanta ſatis eſt ſcientia minimè præditus officium ſuſcipere, id quod accidit rarò,cogatur,excuſandus ſit, ſi omnem quantum in ſe eſt, conferat ad negotium diligentiam, licet in alicuius controuerſiæ deciſione labatur; at ſi quod plerumq; accidit, officium ipſe petat, & ambiat, in vtroq; foro tàm diuino, quàm humano, præterquam quod læthalis culpæ reus eſt, reſarciendis læſarum ob inſcitiam partiũ damnis obſtringitur. nam imperitia *u* culpæ annumeratur, nec affectare quis debet id,in quo imperitiã ſuam intelligit, vel intelligere debet alijs periculoſam futurã,& aptari onus viribus debet, *x* nec plus occupari, quam ſufficere viribus poſſumus.

At in Iudice,quantũ ſatis eſt docto; hæc diſtinctio locum nõ habet, nam ſi poſt adhibitum in re pro viribus ſtudium in errorem aliquem incidat,ei ignoſcendum

t *Bouadigl.in lib.1.c.6. nu.34.ex Bal.Petr.Cyn. Fulg.Paul.& alijs relatis in litt.O. & ſequent. litteris.*

u *Tex.in l.imperitia ff.de regul.iur.text. in l.idem iuris §.mulionẽ, & ibi Bald.ff.ad legem Aquiliam.*

x *Ex Senec. epiſt.*108.

dum eſt, quia imbecillitati humanæ, quæ naturaliter ineſt, hoc adſcribendum; nam omnium habere *a* memoriam, & penitus in nullo peccare diuinitatis magis, quam mortalitatis eſt.

Quod vltimum rurſus intelligendum eſt, niſi intolerabili errore contra caſum legis expreſsũ, vel in maxima rei, quæ vulgò ab omnibus ſcitur, ignoratione verſatus ſit, tunc enim nulla daretur ei excuſatio, nam hoc caſu tam doctus, quã indoctus ſuo periculo errant, quacunque vſi fuerint diligentia, quia lata culpa dolo comparatur. *b*

Ad quid autem Iudex imperitè iudicans teneatur in criminalibus? dicendum eſt communiorem eſſe ſententiam, vt non eadem pœna quam reo indebitè inflixit, ſed extra ordinem puniatur. *c* Ex ſupradictis igitur compertũ eſt iudicandi munus viris doctis, rerum forenſium peritis, ac quod ſatis ſit acutis deferendum.

Num. 38. Sed liceat hic mihi ſubſiſtere parũper, & tuũ, religioſiſſime Princeps, nunquam ſatis commendatũ extollere conſilium, in eo quod te facturum ab omnibus prædicatur, potiſſimam ſcilicet quoad hanc ſciẽtiæ partem curam adhibẽdi cum homines delecturus es, qui ius in Prouincijs dicturi ſunt, vulgò

a *Text. in l. 2. §. ſi quid autem C. de veter. iure enucleand.*

b *Text. in l. 1. §. lata culpa ff. ſi menſor falsũ modum dixi. Bouadigl. eod. lib. 1. cap. 6. nu. 36.*

c *Giurba conſ. crim. 65 num. 35.*

gò dictos Auditores Prouinciales;maximam illi gerunt poteſtatē,& in compluribus caſibus, in quibus ſcilicet militarem, vel à te delegatam auctoritatem habent,ſunt vitam dandi,auferendiq; potentes,omni erepto appellationis ſubſidio, ita vt capitalium ſententiarum exequutio ſæpè cernatur,antequam miſerorum,de quorum nece,vel vita agitur, vox peruenire poſſit ad te, qui procul es,ſoluſq; ſubuenire potes. quis igitur ambigat maxima cum ſolicitudine non niſi ſpectatiſſimæ doctrinæ viris ampliſſimam hāc poteſtatem eſſe demandandā? maiorem certè hoc negotium curā, diligentiamq; deſiderat, quam cum in ipſa Neapolis Vrbe magiſtratus creantur,licet dignitate antecellāt; hi enim ſi labantur, præſto ſunt alij,qui eos corrigant, doctrina, experientia,& auctoritate maiores; at illorū errata in re tam graui,vt eſt hominis vita nō eſt, qui corrigere valeat: ardua res eſt fateor, nec breui auditu tranſeunda pio præſertim,& chriſtiano Principi, qui ſcit alieno ſanguini *d* tanquam ſuo parcendum,& non eſſe homini homine prodigè vtendum; ſed ſummam parſimoniam *e* eſſe debere etiam viliſſimi ſanguinis.

d *Ex Senec. epiſt.89.*

e *Senec. de clem.lib.1. cap.1.*

Num.

Num.39. SECVNDA Conditio cuilibet in vniuerſum publicam poteſtatem gerenti perneceſſaria prudētia eſt, quę imperantis propria, & vnica virtus ab Ariſtotele *f* appellatur; nam & ſi virtutibus,(de politicis loquor)ſit inter *g* ſe cōcordia, nec vlla altera melior, aut honeſtior, quædam tamen quibuſdam perſonis aptior eſt.

f 3. *politicorum.*

g *Senec. lib. 1. de clement. cap. 5.*

Num.40. Diſtinguo prudentiā *h* à ſcientia, nam ſcientia ſpectat ad cauſarum controuerſias iuxta legum præſcripta decidendas; prudentia vero ad conſultam, & conſideratā Reipublicæ gerendæ rationem, ars maxima, immo omnium reliquarum artium ars, & vt medicina valetudinis, *i* nauigationis gubernatio, ſic viuendi ars eſt prudentia; quanquam etiam in rebus *k* iudicandis non minimam partem ad vnamquamq; rem æſtimandam, momentoque ſuo ponderandam ſapientia, ſeù prudentia Iudicis teneat.

h *Ex Bonadigl. libr. 1. cap. 5. num. 1. & cap. 3. num. 74. eod. lib. 1.*

i *Cic. de finib. lib. 5.*

k *Cic. pro Marco Fonteio num. 11.*

Num.41. Sal eſt, & condimentum omnium virtutum; ſine qua nullius virtutis vſum vtilem eſſe, neminemq; abſq; prudentia poſſe in publicis, vel priuatis rebus boni viri officium præſtare compertū *l* eſt; adeo vt reliquæ virtutes prudentia deſtitutæ perniciem afferre facilè poſſint. nam ſæpè hone-

l *Pogg. ex Xenof. in lib. 2. in vita Cyri.*

ſtas *m* rerum cauſas, ni iudiciũ adhibeas, pernicioſi exitus conſequuntur.

m *Tacit. lib. 1. hiſtor. num. 21.*

Eſt igitur vt prædixi prudentia maximè opportuna, & neceſſaria, cuiuis, qui alteri homini præeſt, nam nullum animal moroſius eſt, nullũ animal, teſte *n* Seneca, maiori arte tractandũ quam homo: verèq; apud Xenophontem *o* ſcriptũ eſt, omnibus alijs animantibus faciliùs quã hominibus imperare.

n *lib. 1. de clem. nu. 17.*

o *lib. 1. Ped.*

Neque enim vt aliqui opinantur res eſt tam quieta, & beata magiſtratus, immo multis calamitatibus, & periculis plena, ita vt vix quiſpiam poſſit effugere, niſi ad prudẽtiæ minimè vulgaris præſidium confugiat. audiant, ſi mihi fidẽ non habẽt, teſtimonium illius Romanæ eloquẽtiæ vberrimi fontis, *p* quę ſit de magiſtratuum fœlicitate, vel infelicitate, periculis habenda opinio, vt inde diſcant quantum ij, qui in magiſtratu ſunt, prudentia indigeãt; ò conditiones (inquit) miſeras adminiſtrandarum Prouinciarũ, in quibus diligentia plena ſimultatum eſt: negligentia vituperationum; vbi ſeueritas periculoſa eſt: liberalitas ingrata: ſermo inſidioſus: aſſentatio pernicioſa: frons omnium familiaris: multorũ animus iratus: iracundiæ occultæ, blãditiæ apertæ:

p *Cicero pro L. Flacco num. 87.*

Digitized by Google

tæ: venientes Prætores expectāt, præſentibus inſeruiunt, abeuntes deſerūt. hactenus Tullius.

Varijs præterea generibus hominum, varijs hominū ingenijs, ex quibus Reſpublica conſtat, aptare ſe debet, qui magiſtratum gerit; ſcilicet nobilibus, ignobilibus, diuitibus, egenis, eruditis, indoctis, moderatis, arrogantibus, bonis denique, ac improbis, quos diſpari arte tractandos eſſe, docet experientia. in alios lenitas, ac comitas aptius cadit, vt remiſſius imperanti *q* melius pareant; cum alijs aſperius agendum eſt, quia haud rarò contumacia *r* inferiorum imperitātis lenitatem deminui congruum eſt: ſæpè mediocritas ſeruanda eſt, quæ eſt inter nimium & parum; quia ſcilicet imperandū *ſ* eſt hominibus, qui neque totam libertatē, neque totam ſeruitutem pati poſſunt.

q *Senec. de clem. lib. 1. cap. 24.*

r *Tac. lib. 4. hiſtor. n. 2.*

ſ *Tac. lib. 1. hiſt. num. 6.*

Sæpè mori, prout conducat, ſæpè tempori ſeruiendum eſt; & præ oculis habendum ſapiens illlud *t* Marcelli monitum; meminiſſe, ſcilicet temporū quibus natus quis ſit, vlteriora mirari præſentia ſequi. nam quemadmodum in nauigando *u* tempeſtati obſequi artis eſt, ac ſæpè mutanda velificatio; ita nec ſemper in vna ſentētia permanendum, ſed cōuerſis, ac immutatis rebus,

t *Tacit. lib. 4. hiſt. nu. 2.*

u *Ex Tull. epiſt. 9. ad Attic. lib. 1.*

poribus aſſentiendum . quæ tamen vt etiam infra dicenda, ſeruanda intelligo ſalua in omnibus conſcientiæ christianæ rectitudine.

Sæpè cunctandũ eſt, dandumq; tempus, vel vt veritatem dies aperiat (nam veritas x mora, falſa feſtinatione valeſcunt.) præſertim vbi agitur de facto, quod emẽdari nequit; vbi ſcilicet pœna dilata exigi poteſt, ſemel y exacta reuocari non poteſt; vel ne intempeſtiuis z remedijs delicta accendantur.

x *Tacit.lib.2.ann. n.6.*

y *Sen.de ira lib.2.c.23*

z *Tac.lib.12.ann.n.11.*

Sæpè è contra feſtinandum eſt, vel quia v. g. reis manifeſta probatione conuictis, ſi nihil obſtet, quod pœnæ executionẽ legitimè remoretur, vltio in grauioribus ſceleribus differenda non eſt, vt monet Imperator a Conſtantius, ne ſcilicet criminoſiſſimis pateat facultas malignis artibus pœnas euitandi, vel alias ſupplicandi; vel quia agitur de perſonis eorum, quos damnatos puniri ſtatim publicè intereſt, vt ſunt inſignes latrones, ſeditionum concitatores, vel duces factionum, quos conſtitutiones de appellationibus non comprehendunt, etiã ſi ſint de ijs ſceleribus conuicti tantũ, quia ſi confeſſi, & conuicti ſint aliã ob cauſam ſub dictis conſtitutionibus non continentur; vel quia alijs de cauſis agitur, in qui-

a *l.cum reis C.de pen.*

bus

bus punire permittitur, deinde ſcribere, non pœnæ feſtinatione, ſed præueniendi periculi cauſa, vt habetur apud Modeſtinum, *b* & Vulpianũ; vel quia alias celeri remedio occurrendum eſt, quia omne malũ *c* naſcens facilè opprimitur,inueteratum fit plerumq; robuſtius; nec *d* cunctatione opus, vbi perniciosior eſt quies, quã temeritas; nam præcipuum prudentiæ officium eſt, ſcire *e* opportunitatem idoneorũ ad agendum temporum.

Vt vero huius virtutis vtilitas,ac neceſſitas noſcatur; quantumq; ſit ei in magiſtratuum electione tribuendum clarius eluceſcat, (& ſi nec opus hoc ſit, cũ id neſciat nemo) aliqua hic ex hoc prudentiæ fonte manantia documẽta recenſebo.

*Num.*42. Ad prudentiam pertinere exiſtimo Calliſtrati *f* monitum, vt ſciat ius reddens ſuo ingenio auctoritatem dignitatis augere;ad quod & ſi *g* virtutes conferunt omnes, quædã tamen ſunt auctoritati conciliandæ accomodatiores artes.

Eæ ſunt ex eiuſdem Calliſtrati ſententia, vt ſcilicet in adeundo ſe facilem præbeat,non tamen ſe contemni patiatur; id ꝙ aſſequetur, ſi vt Tullius *h* monet,adhibeat facilitatem in audiendo, leni-

b *Modeſtin.in l.conſtitutiones ff. de appellat. Vulpian. in l. ſi quis filio exhæredato* §.*hi autem omnes in fin. ff. de iniuſto rupto, & irrito teſtament. colligitur ex Farinac. q.*101. *nu.*81. 82. *&* 116.

c *Cicer.Philipp.quinta num.* 31.

d *Tacit. lib.*1.*hiſt.n.*7.

e *Cicer. de offic. lib.*1. *num.*143.

f *In l. obſeruandum ff. de offic.Præſ.*

g *Ex Lipſ. lib.*4. *polit. cap.*9.

h *Epiſt.*1. *ad Quintum fratrem lib.*1.*ad text.in l.nec quicquam* §. *circa ff. de offic.Proconſ. vbi quod circa Aduocatos patientem eſſe oportet, ſed cum ingenio ne cõtemptibilis videatur.*

lenitatẽ in decernendo, in ſatisfaciendo, ac diſputando diligentiam; ſi præterea, ne ſcilicet nimia *i* facilitas auctoritatem deminuat, ſubducto quodã vitæ genere, non nimis promiſcuo, & vulgari vtatur; non in vlteriorem familiaritatẽ, vt idem Calliſtrat. ait Prouinciales admittat; nam ex conuerſatione æquali cõtemptio dignitatis naſcitur; & quemadmodum omne ignotum *k* pro magnifico eſt, & *l* maieſtati maior è longinquo reuerẽtia; ita ècontra cõtinuus *m* aſpectus minus verendos magnos homines ipſa ſatietate facit; quod ſi quos velit in familiaritatem admittere, id quod non niſi cũ perpaucis cõcedendũ eſt, ſit in *n* eiuſmodi familiaritatibus delectus percautus, & diligens; nam nullum *o* maius indicium bonæ mentis oſtendi poteſt, quã ſi adiungat quis ſibi, & familiariter vtatur viros virtute, & fama celebres; quia omnes ſtatim iudicabũt eum talem eſſe, quales ij, qui apud illũ. Hæc tamen omnia ita moderanda, vt idem triſtitiam, *p* & arrogantiam exuat; neque honeſti temperamenti *q* egeat, æquabili ſcilicet auctoritate, & gratia vigere non ignorans; interdum comitate, & *r* alloquijs officia prouocans; vſurpetq; identidem illud, vbi *ſ* officio

i *Tacit in Agric. n. 10.*

k *Tac. in Agric. n. 10.*
l *Tacit. lib. 1. ann. nu. 9.*

m *Liu. lib. 35.*

n *Ex Cicer. epiſt. 1. ad Quintum fratrem lib. 1.*

o *Ex Cominæo cap. 33. relato per Lipſ. libr. 3. polit cap. 2. ad notas de duplici prudentia f. 48.*

p *Tacit. in Agric. nu. 3*
q *Ex Tacit. lib. 4. ann. num. 3.*

r *Tacit. lib. 5. hiſtor. in princ.*
ſ *Ex Tacit. in Agricol. num. 3.*

officio ſatisfactum, nulla vltra poteſtatis perſona; quæ quidem popularis humanitas adeo grata eſt, vt ſæpiſſimè quemadmodũ experimur, homines *t* fronte, & oratione magis quã ipſo beneficio, reque capiantur, & difficile dictu ſit quantopere cõciliet animos hominũ, comitas, affabilitaſq; ſermonis.

t *Ex Cic. de petit. conſulatus nu.* 36. *& lib.* 2. *de offic. num.* 48.

Num. 43. Neque vero contemnenda eſt ſubditorum beneuolentia bonis artibus parata; tum quia & ipſa virtutis effectus eſt, cuius *u* proprium eſt cõciliare ſibi animos hominũ, & ad vſus ſuos adiungere, vehementer .n. amor multitudinis commouetur ipſa fama, & opinione iuſtitiæ, fidei, omniumque earum præcipuè virtutum, quæ pertinent ad manſuetudinem morum; tum etiam quod nec mediocre *x* telum ad res bene gerendas ipſa beneuolentia eſt, immo perſpicuum eſt vim eius eſſe magnam; ſæpè enim vt ſcriptum reliquit Poœta *a*

u *Ex Cicer.* 2. *de offic. de vtili, & de gloria in pluribus locis num.* 17. *&* 32.

x *Ex Cicer. de amicit. num.* 62.

peragit tranquilla poteſtas
Quod violẽta neqt, mãdataq; fortius vrget
imperioſa quies

a *Claudian. relatus à Lipſ. lib.* 2. *polit. cap.* 13.

Et ab eo, quod hominibus placeas efficaciã actionum pronuntiauit Plato *b* nec modicã meretur laudem, qui ſcit in *c* officio amorem conſequi; in quo odium vitare difficilè eſt; immo diffi-

b *Epiſt.* 4. *ad Dionem.*
c *Ex Sen. de breuit. vit. cap.* 18. *Bouadigl. lib* 2. *cap.* 2. *num.* 13. *Simanc. de Republ. cap.* 32. *nu.* 4. *Bouadigl. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 203.

cilli-

cillimum ; vix enim fieri poteſt, vt qui poteſtatem in alios habet, multorum odia non incurrat; quamuis enim id enixè agat, ne quis merito *d* illum oderit, ſemper tamen erunt, qui illum oderint, quia ſcilicet natura ſemper ineſt populis quoddam querulum, & malignum aduerſus eos, qui illis præſunt; erit igitur vt rarior,ita inſignior laus, ſi quis norit honeſtam beneuolentia ſubiectorum adipiſci, aut ſaltim odia, quæ paulò ante fermè ineuitabilia dixi, mitigare prudenter, ea declinans,quę honeſtè vitari poſſunt;cũ & in vniuersũ vetus ſit *e* ſapientiæ pręceptum,id præſtare,vt odium vitetur. Intelligat profectò is, qui in magiſtratu eſt,ſe gerere *f* perſonam Ciuitatis; debereq; eius dignitatem, & decus ſuſtinere. comminiſcatur inter duo Platonis præcepta,vnum illud eſſe,vt qui Reipublicæ præfuturi ſunt, vtilitatem ciuium ſic tueātur, vt quicquid agant, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum; ſitque propterea *g* conſtans in periculis, offenſionum pro vtilitate publica non pauidus; *h* etiam ſi vitę diſcrimen immineret: nunquam enim odij,aut periculi fuga committendum eſt, vt publicam vtilitatem quis deſerere, ſibi conſulere videatur; ſed fugien-

d *Ex Senec.de prouid. relato à Lipſio lib.4.politic.cap.11. & ex Plutarc in politic.*

e *Ex Senec.epiſt.13.*

f *Ex Cicer.lib.1.de off. num.24.& 85.pluribus locis.*

g *Ex Tacit. lib.3. ann. num. 9.*

h *Ex Vaſq. controuerſ. illuſtr. cap.41.*

giendum *i* etiam noſcat illud, ne ſe odijs, aut periculis offerat ſine cauſa; quo nihil poteſt eſſe ſtultius: ad rem prudens, Tyberius aiebat. k credite P.C. me quoque non eſſe offenſionum auidum; quas cum graues, & plerumq; iniquas pro Republica ſuſcipiam, inanes, & irritas, neq; mihi, aut vobis vſui futuras, iure deprecor.

i *Ex Cic. lib. 1. de offic. num. 83.*

k *Tacit. lib. 3. ann. n. 9.*

Num. 44. Omnem tumoris, & nimiæ elationis ſpeciem effugiat; ſunt enim hæc inania, & minimè profutura, niſi ad odium concitandum; & plerumq; non ſine publico malo *l* ſubditos terrent, ne audeāt ad ius petendum accedere. Excelſa profectò, & ſuperba res eſt, cęteris dominari. Sed qui dominatur intelligere debet, eò ſe tutiorē, *m* quò ſuperbiā detrahat rebus per ſe ſuperbis, ac fortunam ſuam quam maximè poteſt in planū deferat, rectèq; *n* prę-cipere videntur, qui monent, vt quātò ſuperiores ſimus, tantò nos ſubmiſſius geramus; prærerquam quod non ſolū Chriſtiani, ſed & vel modicè conſiderati hominis eſt. quid enim mortalis ſuperbiat? ſuſtine paulum, aiebat chriſtiana luce licet deſtitutus *o* Seneca; venit ecce mors, quæ nos pares faciet.

l *Ex Maſtrill. de magiſtrat. lib. 2. cap. 2. n. 64. & ſequent.*

m *Ex Senec. de tranquillit. animi cap. 10.*

n *Ex Cic. de offic. lib. 1. num. 90.*

o *De ira lib. 3. cap. 43.*

Num. 45. Ad conciliandam quoq; Iudici auctoritatem plurimùm refert ita ſeſe

componere, vt quædam in eo æquabilitas refulgeat, & idem ſemper vultus, eademq; frons. nam non eſt conſtãtis, & recti Iudicis, cuius animi motus vultum detegit, vt idẽ Calliſtratus *p* eleganter monet, & rurſus animi trãquillitas *q* omni perturbatione vacãs affert cum conſtantiã, tum etiam dignitatem.

p In d.l. obſeruandum ff. de offic. Præſ.

q Ex Cic. de offic. lib. 1. num. 69.

Num. 46. Hinc fit, vt iuſtiſſimum ſit eiuſdem *r* conſilium, quo neq; in cognoſcendo excãdeſcere aduerſus eos quos malos putat, neq; calamitoſorum precibus inlachrymari oportere commonetur; hoc enim vltimũ eſt puſilli animi *ſ* vitium ad ſpeciem alienorũ malorum ſuccidentis; quod cauendum eſt conſtãti viro, qui ſuccurrere potius debet, ſi opus fuerit alienis lachrimis, non accedere; illud alterum ex ſapientum monito omnibus *t* in rebus repudiandum eſt; optandumq; eſt, vt ij, qui pręſunt Reipublicæ, legum ſimiles ſint, quæ ad puniendum, nõ iracundia, ſed æquitate ducuntur: prohibenda autem maximè eſt ira in puniendo; cũ qua nihil rectè fieri, nihil conſideratè poteſt; cum qua qui ad pœnam accedet, nunquam mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter nimiũ, & parũ, quæ meritò placet ſapientibus; neq; verò id pro-

r In ead. l. obſeruandũ.

ſ Ex Senec. de clement. lib. 2. cap. 6.

t Ex Cic. de offic. lib. 1. pluribus in locis f. 363. in magnis, & fol. 370. ad rem. Senec. de ira lib. 1. cap. 16. vbi quod lex non iraſcitur; quia ſcilicet loquitur pro illis quos non nouit, quos non vidit, quos non futuros ſperat, & quod à Iudice illius ſumẽdus eſt animus, quæ nõ iraſcitur, ſed conſtituit.

prohibet, quo minus adhibeatur Reipublicę cauſa ſeueritas, ſine qua Ciuitates adminiſtrari nõ poſſunt: * etiã *u* cum è cœtu mortalium aliquis nocẽs, ſubducendus eſt, cum ceruicem noxio Iudex præcidi imperabit, cum parricidam inſuet culeò, cum totas domos, ſi ita publica vtilitas poſtulet, funditus tollet, & familias ſi opus fuerit, Reipublicæ peſtilentes cum coniugibus, ac liberis perdet, tecta ipſa diruet, ac ſolo æquabit; nec tunc irato caſtigatore opus eſt, ſed ſilens, quietuſq; id faciat, meritã cuique pœnã iniungat: vacuus ira, non frendens, nec caput quaſſans, nec quicquã indecorum Iudici faciẽs, cuius tum maximè placidus, & in ſtatu vultus eſſe debet, cum magna pronuntiat; nihil enim eſt profutura ira, quæ ſi tota dimittatur, ſine illa facilius, rectiuſq; tollentur ſcelera, mali punientur, vel traducentur in melius.

* *Ex Tull. de offic. lib. 1. num. 88.*

u *Ex Seneca de ira lib. 1. cap. 14. 15. & 16. & de ira lib. 2. cap. 13.*

Solet ad hæc obijci, quod languidus *x* animus eſt, qui ira caret; quod aliquãdo metus, vel alius affectus incutiendus eſt, ad quod peragendũ iratus aliquando melior eſt: obiurgationes *y* non nunquam incidunt neceſſariæ, in quibus vtendum eſt fortaſſe, & vocis contentione maiore, & verborum grauitate acriorè.

x *Ex Senec. de ira lib. 2. cap. 17.*

y *Ex Cic. de offic. lib. 1. verſ. obiurgationes nu. 136.*

 Sed

Sed hæc omnia ita agenda ſunt, vt monet Tullius, *z* ne ea facere videamur irati. namque habet aliquid ſapiens ira valentius; temperatus, inquit Seneca, *a* ſit ſapiens, & ad res fortius agendas non iram, ſed vim adhibeat; adhibeat rationem; ſatis, inquit idē Seneca, *b* nos inſtruxit ratione natura; hæc dedit telum, firmum, perpetuum, nec anceps, nec quod in dominum remitti poſſet. non ad prouidendū tantum, ſed ad res gerendas ſatis eſt per ſe ipſa ratio; quid opus eſt ab iracundia auxiliū poſcere? quid eſt ſtultius quā rationē ab iracundia petere præſidiū? rem ſtabilem ab incerta, fidelem ab infida, ſanam ab ægra.

Num. 47. Abſtineat ergo, qui ius reddit ab ira; abſtineat à conuicijs, ad quæ facilè ab ira tranſitur; omnis enim & *c* animaduerſio, & caſtigatio cōtumelia vacare debet; & licet apud noſtros *d* ſcriptum reperiatur, licere quādoq; Iudici verbum contumelioſum aduerſus eum, qui in iudicio eſt, emittere, dum tamen moderatè id fiat, & animo corrigendi; laudabilius ſanè eſt modeſta, *e* & clementi caſtigatione vti, grauitate ſcilicet adiuncta, vt ſeueritas adhibeatur, & contumelia repellatur: tutior, & honeſtior eſt modeſtiæ *f* fama,

z *Eod. lib.* 1. *de officijs num.* 136.

a *Eod. lib.* 2. *cap.* 17.

b *Ex lib.* 1. *de ira c.* 16.

c *Cic.* 1. *de officijs.*

d *Text. in l. iniuriarum actio §. is qui iure publico, & §. quæ iure poteſtatis, iuncto text. in l. nec magiſtratus ff. de iniurijs, Farinac. q.* 105 *num.* 131. & 132.

e *Cic.* 1. *de officijs.*

f *Tacit. lib.* 15. *ann. n.* 1.

ma,quæ, vt Tacitus ſcripſit, neq; ſummis mortaliũ ſpernenda,& à Djjs æſtimatur; & ad auctoritatem vim non modicam habet: quia modeſtia eſt, vt docet Tullius, *g* per quam pudor honeſtus, claram, & ſtabilem comparat auctoritatem,per ſe ſolum,vt nihil adiungatur emolumenti, petenda; exercenda etiam ſi cum ignoto, & humili hominum genere agatur, cum *h* quibus etiam eò moderatius agendum eſt, quò minoris eſt afflixiſſe eos.

g *De inuent.lib.2.*

h *Ex Senec. de clemẽt. lib.1.cap.21.*

Curandum eſt igitur poteſtatem habẽti, vt nullæ erumpant *i* vehementiores animi concitationes, nulla maledicta, nullæ contumeliæ; quæ cum aborrent à litteris, & ab humanitate, tum verò contraria ſunt imperio, & dignitati. etiam ſi ſubditorum prouocet facinus, in quod vt ſupra explicaui alio legitimo modo vlciſcendum eſt, etiã ſi aliorum importunitas vt ſæpè accidit,aut imprudentia ſtimulet; & quoniam viuitur k non cũ perfectis hominibus, plenèq; ſapientibus, ignoſcendũ ſæpè cupiditati, errori, inſipientiæ flagitantium; denique in iuris *l* æquabilitate exercenda eſt etiam facilitas,& altitudo animi,quæ dicitur; ne ſi iraſcamur, aut intempeſtiuè accedẽtibus, aut imprudenter rogantibus,in moroſitatem inuti-

i *Ex Cic. ad Quintum fratrem epiſt.1.lib.1.*

k *Ex Cic. lib.1.de offic. fol.357.in magnis.*

l *Ex Cic. lib.1.de offic. fol.363.in magnis.*

inutilem, & odioſam incidamus. vitiũ quod quandoque magnorum virorum inſignes virtutes reddidit obſcuriores. & apud Tacitum *m* obſeruaui id vnũ fuiſſe obiectum celebratiſſimo illi Britãniç moderatori Agricolç. apud quoſdam (inquit) acerbior in cõuicijs narrabatur, vt bonis comis, ita aduerſus malos iniucundus: & Quintus frater cum Aſiæ Prouinciam adminiſtraret, fuit & huius vitij à Marco Tullio fratre notatus. omnes *n* (inquit) qui iſtinc veniunt, ita de tua virtute, integritate, humanitate commemorant, vt in tuis ſummis laudibus excipiant vnã iracundiam: quod vitium cum in hac priuata, quotidianaq; vita leuis eſſe animi, atque infirmi videtur: tum verò nihil eſt tam deforme, quàm ad ſummum imperium acerbitatem naturæ adiungere.

m *In Agricola nu.8.*

n *Epiſt.1. an Quintum fratrem lib.1.*

Num.48. Naturæ, *o* fateor, plerumque vitium eſt, quam mutare difficile eſt; attamen nihil eſt tam difficile, & arduum, ſcripſit *p* Seneca, quod non humana mens vincat, & in familiaritatem adducat aſſidua meditatio, nulliq; ſunt tam feri, & ſui iuris affectus, qui non diſciplina perdomentur. Res eſt, in qua plurimum poteſt ratio, *q* & diligentia; in qua nullam, aut exiguam partem

o *Senec. de ira lib. 2. cap.20.*

p *De ira lib.2. cap.12.*

q *Ex Tullio epiſt.1. ad Quintum fratrem lib.1. pluribus in locis.*

partem fortuna tenet, ſed tota in virtute, ac moderatione animi poſita eſt: & vtcunque difficile ſit mutare animũ, & ſi quid eſt penitus inſitum moribus, id ſubitò euellere; tamen cum Tullio admoneo, vt ſi quis plenè hoc vitare non poteſt, quod antea occupetur animus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit, ne occuparetur, ſe anteà comparet, quotidièq; meditetur reſiſtendum eſſe iracundiæ, cumque ea maximè animum moueat, tum illi eſſe diligentiſſimè linguam continendam. Res eſt à me longioribus quàm par eſt comprehenſa verbis; quia, vt mea fert opinio, pręcipua pars hæc eſt in magiſtratu demandando attendenda, cum plurimum Reipublicæ interſit, mãſuetudinem morum eius, qui ius reddit, homines ad ius petendũ fidenter allicere; hinc nimis acerbos, & rigidos Iudices, ad quorum pręſentiã aſpectumq; nemo audet accedere, poſſe à magiſtratu repelli, iure r ſancitum eſt.

Num.49. Poſſem plurimos, & præſertim ex ijs, qui in ſupremis magiſtratibus degunt, omnes hic cõmemorare, quos meritò ad tale faſtigium virtus ex omnibus partibus cumulata prouexit; qui optimè ſciũt omnes alias virtutes, hoc manſuetudinis, & tranquillitatis ſale

r *Bart. in l.1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris in fine, de Ponte deciſ.16.num.33.*

con-

condire; quos quidem (vt non nominem) eorũ pudori, & modeſtiæ tribuo; ſed de vno, vel inuitus cogor non reticere, de vno inquam, tuo illo à latere ſupremo Conſiliario Matthia Caſanata; eſt ſanè in illo doctrina admirabilis, iuſtitia quæ violari, aut frangi nullatenus poteſt; eſt vbi opus fuerit, Catone digna ſeueritas, & tamen quid illo humanius? quid pacatius? quid tranquillius? quam nouit fœliciter omnes reliquas excelſas, & ſingulares virtutes cum humanitate coniungere? non illum imprudens poſtulatio, non intempeſtiuus acceſſus, non denique vllius improbitas, aut peruerſitas commouent, aut animum ſupra quam par eſt incitant, ſed ſemper ea prudentia ſcit ſibi imperare, vt illius æquabilitas deſideretur à nemine. O virum bono publico natũ, quẽ nemo eſt qui ſapit, qui eum nolit ad longiſſimum æuum vitã producere pro vtilitate Reipublicæ.

Num. 50. Non diſſimile ſupra cõmemorato Calliſtrati præcepto eſt, vt Iudex in cauſa in qua iudicaturus eſt, animi propenſionem comprimat, & occultet in quam eſt inclinaturus, fronte ſentẽtiam; quampulchrum illud, quam graui, & prudẽti Iudici imitandum, quod de Tyberio tunc tegente affectus ſuos, com-

commemorat Tacitus; *ſ* cum de Libone Druſo iudicium faciendum eſſet, (ita, inquit, moderans, ne lenire, nè ve aſperare crimina videretur,) & rurſus cum Piſonis cauſa ageretur, (ſine ira *t* ſine miſeratione clausũ, obſtinatumq; vidit, ne quo affectu perrumperetur.

ſ *lib.2.annal.num.4.*

t *lib.3.annal.num.2.*

*Num.*51. Ad authoritatẽ quoq; tuendã, & augendã plurimũ confert adminiſtrationis forma, in qua tria ad rẽ deſiderãtur, vt .ſ. conſtãs, *u* adſtricta, ſeuera ſit.

u *Ex Lipſ. lib.4.doctr. ciuil.cap.9.*

*Num.*52. Dixi conſtans, tum quia in vniuerſum, nihil *x* eſt, quod tàm deceat, quã in omni re gerenda, conſilioq; capiendo ſeruare conſtantiam. tum verò, quia maximè, ei, qui in poteſtate publica eſt, conſtantia adhibenda eſt, & grauitas; nam quemadmodũ conſtantia roboratur, ita inconſtantia leuatur iudicialis auctoritas, eſtque iudicanti erubeſcẽda varietas; & veriſſimè Tullius dixit: omne peccatum imbecillitatis, & inconſtantiæ eſſe.

x *Cicer. de offic. lib.1. n.125 epiſt.1.ad Quintum fratrẽ lib.1.ad tex. in l. ſermo §. cum Prator ff. ad Trebell. l.eos in fine, & ibi gloſ. in ver. varietas C.de modo mulctarum. Bouad. lib.2.cap.2. num.76. & ſeq. Cicero lib.4.academicar.quæſt.& lib.4.de finib.Bonor.& malor.*

Quod dicitur de inconſtantia fugienda, & conſtantia ſequenda, intelligendum eſt de crebra ſemel placitorum varietate, & commutatione, non ſi quandoq; ſe quis mutet in melius: id quod etiam in ſententijs iam ſcriptis iura *z* permittunt; ſi .ſ. de interloquutorijs agatur; quia aliud eſt de diffinitiuis,

z *Text.in l.quod iuſſit, & ibi Bart.ff.de re iud. Bouad.lib.2.cap.2.n.77*

Digitized by Google

quas ab eodem Iudice reuocari non poſſe,niſi nullitatis vitio laborẽt,apud omnes conſtat: turpe eſt,inquit Diuus Auguſtinus, *a* mutare ſententiam, ſed veram, & rectam, nam ſtultam, & noxiam laudabile, & ſalubre eſt; ſicut autem conſtantia non ſinit hominem deprauari, ſic & pertinacia non ſinit corrigi,proinde ſicut illa laudanda eſt, ſic iſta vituperanda. Exploſa ſunt illa, teſte *b* Tullio, à veris ſapiẽtibus, ſapientẽ .ſ. nullius rei pœnitere,nulla in re falli, ſententiam mutare nunquam; immo moderatis,& tẽperatis viris laudabilius placuit,ſapientem quod dixerit,interdũ, ſi ita rectius ſit,mutare,de ſententia decedere aliquando; in ſententia permanere, niſi ſententia alia vicerit melior.

Remedium ad conſtantiam præcipuum erit,ſi nihil Iudex temerè agat,aut pręcipiat,ſed ad *c* omnia cum matura,& conſiderata ratione procedat; quæ ſcilicet cum indicauit aliquid *d* faciendum, plerumq; in eo perſeuerat; nec inuentura melius,quò mutetur,ſtat ſemel conſtitutis.

*Num.*53.Sed & morum conſtantia in Iudice poſtulatur, eaque præſertim,quæ ipſum moderetur, *e* ne ſecũda dignitatis aura, ne ſalutantium,aut adulantium

a *Aug.epiſt.*214.

b *Cic.in orat. pro Muræna pluribus in locis fol.in magnis* 348.*text. in l. non nunquã, & ibi Accurſ. ff.de collat.idẽ Cic.relatus ad marginẽ ad dictum text.in epiſt.* 9. *ad Atticũ lib.*1. *vbi ita,nunquam enim pręſtantibus in* Republ.*gubernanda viris laudata eſt in vna ſententia perpetua permanſio.*

c *Ad text. in l.*2.*C.de ſentent. ex peric. recit. ibi,non ſubitas, ſed deliberatione habita poſt negotiũ ſententias ponderatas.*

d *Ex Senec.de ira lib.*2. *cap.fin.*

e *Bouadigl.lib.*2.*cap.*2. *num.*80.

tium turba de ſuo curſu demoueatur. id quod pleriſq; contingit, qui antea *f* cõmodis fuerunt moribus, deinde imperio, poteſtate, proſperis rebus immutantur. adeo non ſolum ipſa *g* fortuna cœca eſt, ſed eos etiam plerumque efficit cœcos, quos complexa eſt. Sed vt aduerſas *h* res, ſic ſecundas immoderatè ferre leuitatis eſt; immo maior conſtantia in lætis, quam in aduerſis neceſſaria eſt, quia ſecundæ *i* res, aiebat ille ſenex Imperator, acrioribus ſtimulis animum explorant quam aduerſæ; miſeriæ tolerantur, fœlicitate corrumpimur. maximè autem K cauendum eſt, ne quis aſſentatoribus aures patefaciat, nec adulari ſe ſinat, in quo falli facilè eſt; tales enim nos eſſe putamus, vt iure laudemur: ex qua naſcuntur innumerabilia peccata, cum homines inflati opinionibus, turpiter irridentur, & in maximis verſantur erroribus.

f Ex Cic. de amicitia fol. 426. in magnis.

g Ex Cic. lib. 1. de offic. fol. 363. in magnis.

h Ex Cicer. ibidem.

i Tacit. lib. 1. hiſtoriar. num. 5.

k Ex Cicer. de officijs lib. 1. num. 91. & ſeq.

Num. 54. Dixi adſtricta, hoc eſt, vt iudicialis auctoritas non ab alio, quam ab ipſo pendeat Iudice. Turpe eſt enim in his, quæ ad iuſtitiam pertinent, coniugum v.g. imperijs obnoxium eſſe, domeſticorum deſiderijs obſequi, alienis denique conſilijs, alieno libito regi, & quod ille iam olim conquerebatur, his

l Ex Tacit. lib. 3. annal. num. 8.

l ſtatim adhæreſcere deterrimum quemque Prouincialium, ab his negotia trãſigi, duorum egreſſus coli, duo eſſe prætoria.

Num. 55. Hinc ad rem notandum pœnã iuris municipalis ſtatutam contra magiſtratus dona interdicta capientes, locum ſibi vendicare, etiã ſi non ipſi magiſtratus, ſed eorũ vxores, *m* filij, aut domeſticæ perſonæ eiuſmodi dona ceperint; ſiquidem ipſis ſcientibus magiſtratibus ordinariã, ſi verò ipſis neſcientibus, diſtinguendũ eſſe, vt ſi ipſi magiſtratus omnem, quæ in ipſis eſſe poteſt diligentiam adhibuerint, ne litigantibus, cum ijs perſonis negotia ad iuſtitiam pertinentia tractandi aperiatur aditus, puta quia sũt ipſi magiſtratus parati ad omnes audiendum, nec ſolent eiuſmodi perſonis domeſticis ita indulgere, vt per eas ad ipſos magiſtratus patere aditus intelligatur, & ſint omnino excusãdi; aut aliqua magiſtratibus quoad hoc poteſt negligentia adſcribi, & tanquam non extra culpam poſiti, pœna extra ordinem teneantur.

m Ex traditis per Rouit. in pragm. 6. de muner. officialium.

Num. 56. Ad euitandã igitur huius culpę notam, tria, *n* vt videtur, potiſſimum Iudex præſtare debebit. vnum eſt, vt patiatur facillimos eſſe ad ipſum aditus;

n Ex Cicer. epiſt. 1. ad Quintum fratrem lib. 1. pluribus in locis.

tus; pateant eiuſdem aures querelis omnium: nullius inopia, ac ſolitudo, nõ modò illo populari acceſſu, ac Tribunali, ſed ne domo quidem ipſius, & cubiculo ſit excluſa.

Alterum vt curet, vt domeſtici in domeſticis rebus, & priuatis contineantur; quæ res ad officium, atque ad aliquam Reipublicæ partem pertinẽt, de his rebus ne quid attingant. *o*

Tertium ſtudeat, hæc de eo opinio ſit, nõ modo ijs, qui aliquid acceperint, ſed ijs etiam qui dederint, ipſum, ſi id cognouerit, inimicum futurum: ita fiet, vt ſumma cum laude reſiſtat non ſolum gratiæ, verum etiam ſuſpicioni.

Huc etiam pertinet, vt Iudex exiſtimetur non alienis *p* indigere conſilijs, ſed qui rem ex ſe expedire, & conſilium capere poſſit. hinc meritò monuit gloſa, nè facilè Iudex conſilium conferat cum Aduocatis, ne ab ipſorũ ſententia pendere videatur.

Num. 57. Dixi, ſeuera, quia iuſto lenior, ac remiſſior à ſubditis facilè contemnitur, *q* & ad continendos homines in officijs, ſeueritas vſu ſalubris, & miſericordia melior apparuit. in hac ſcelerum colluuie, ſupplicijs, ac rigidis exemplis improbitas coercenda, metuſq;, aut faciendus eſt, aut habendus,

nam

o *Ad Giurb. conſ. crimin. 76. nu. 28. vbi quod officialis, qui in rebus pertinentibus ad iuſtitiã precibus famuli mouetur, punitione dignus eſt.*

p *Rouit. in rubr. de ſal. vend. num. 10. gloſ. in l. proxim è verſ. remotis ff. de his, quę in teſtam.*

q *Ex Lipſ. 4. lib. polit. cap. 9.*

r *Tacit. lib. 4. ann. nu. 5.*

ſ *l. aut facta §. fin. ff. de pœnis.*

t *Tacit. lib. 14. annal. num. 6.*

u *Tac. lib. 3. annal. n. 9.*

nam pauci r prudẽtia, plures aliorũ euentis docentur. Eſt autem maximè ſeueritas opportuna, cum multis graſſantibus ſ exẽplo opus eſt, verèq; ad rem dictũ fuit; habet aliquid ex t iniquo omne magnum exemplum, quod cõtra ſingulos vtilitate publica rependitur; cum aduerſus inueterata ſcelera fortioribus remedijs agendũ eſt; nam quemadmodũ ne u morbos quidem veteres, & diu auctos, niſi per dura, & aſpera coerceas; ita corruptus ſimul, & corruptor, æger, & flagrãs animus haud leuioribus remedijs reſtinguendus eſt, quã libidinibus ardeſcit, ita vt ad euitandum contemptũ, ſatius ſit omittere prævalida, & adulta vitia, quam mollibus remedijs illud aſſequi, vt palam fiat quibus flagitijs coercendis impares ſimus.

Sed quod nam ſit in ſeueritate temperamentum adhibendũ infra attingetur; nunc non reticebo pro Iudicibus monitum, vt mihi videtur, non contemnendum, & ad prudentiam pertinens; illud eſt, vt quoniã ſæpè cauſa Reipublicæ vtendum eſt ſeueritate, ſæpè noxios, & capitaliũ criminũ reos occidere oportet, caueat iudicans, ne (id ꝙ in aliquibus Iudicibus magna cum admiratione vidi) ſe cædibus, & ſupplicijs

frui,

frui, vllum det ſignum: nam ferina *x* iſta rabies eſt ſãguine gaudere,& quoniam natura hominis pœnæ appetens nõ eſt,abiecto homine in ſylueſtre animal trãſire; oſtendat potius voluntate ſe inclinatum *y* ad mitiora, etiam ſi ex vſu ſit animaduertere; oſtendat quam inuitus aſpero remedio manus admoueat, in cuius animo nihil hoſtile,nihil efferũ ſit; vt enim ad *z* vrendum,& ſecandũ medici, ſic ad hoc genus caſtigandi, non niſi rarò inuitiq; veniamus;nec vnquam niſi neceſſariò, ſi nulla reperietur alia medicina.

x *Ex Senec.de clemen. lib.1.cap.6.& 24.*

y *Ex Senec.de clemẽt. lib.1.cap.13.& cap.22. vbi, tanquã inuitus, & cum magno tormẽto ad caſtigandum veniat.*

z *Ex Cic.de offic.lib.1. fol. 370. in magnis ad Bouadigl. lib. 2. cap.3. num.14.& cap.4. n.14. vbi Iudices æquiparantur medicis.*

*Num.*59. Ad auctoritatem quoque eius, qui in magiſtratu eſt, pertinet, vt non ſit ſui muneris incurioſus; nam & hoc reddit eum contemnendum, vt ſi v. g. breui *a* auditu, quãuis magna veluti alter Vitellius tranſeat, aut eorũ, quæ geruntur,ſit per ſocordiam neſcius.ſit, oportet,vbi iudicia *b* poſcũt, grauis, ſeuerus, intentus; curet is, qui in magiſtratu, velut in ſpecula collocatus eſt,omnium habere notitiam,vt rebus opportuna cõſilia capiat,ſollicitèq; *c* agat, vt malis hominibus Prouincia careat,eoſque conquirat. excitanda denique animaduerſio, & diligentia, ne quid temerè, aut fortuitò incõſideratè, negligenterq; agat;nam ſine magiſtra-

a *Ex Tacit.lib.2.hiſtor. num.14.*

b *Ex Tacito in Agricola num.3.*

c *Ad tex.in l.congruit ff.de offic.Præſ. ad rem Cic. lib.1.de officijs fol. 365.in magnis.*

giſtratuum *d* prudentia, ac diligentia Ciuitas eſſe non poteſt.

d *Ex Cic. de legib. lib. 3*

Quamuis non omnia, vt ſcienda, ita ſunt acriter, & accuratè perſequenda; quod ille non minus elegãtibus, quam paucis complexus eſt verbis; omnia *e* ſcire, non omnia exequi; quædam enim ſunt vindicanda, quædam, *f* quemadmodum ſterilitas, & nimij imbres, & cætera naturæ mala, toleranda; expectandumq; eſt, vt nos *g* pudor, neceſſitas, ſatietas, tempus in melius mutēt.

e *Ex Tacit. in Agric. num. 7.*

f *Ex Tacit. lib. 4. hiſtoriar. num. 17.*

g *Ex Tacit. lib. 3. annal. num. 9.*

Num. 60. Ad prudentiã quoque attinet, vt magiſtratus cum ſuis collegis quã concordiſſimè viuere ſtudeat; procul ab odijs, nam fas *h* eſt priuata odia publicis vtilitatibus remittere, *i* procul ab æmulatione aduerſus collegas; ne ſcilicet bonum k publicum, quod plerumq; fit, priuatis ſimultatibus impediatur; etiam ſi in malos, & parum doctos incidat; ſi doctrina eos præcellat, retineat, *l* quod eſt difficillimum, ex ſapientia modum; obſequio eos alliciat, exẽplo hortetur, & rariſſima *m* moderatione malit videri inueniſſe bonos, quã feciſſe. vitia magis eorum quam virtutes diſſimulãs; arte vtatur in diſſentiendo, eadem ſæpè *n* velle ſimulet, quo plus auctoritatis ei inſit, vbi primus impetus animi in contrarium

h *lib. 1. annal. num. 3.*

i *Tacit. in Agric. nu. 3.*

k *Ex Tacito lib. 14 annal. num. 6.*

l *Ex Tacit. in Agricola num. 2.*

m *Ex Tacito in Agricola num 3.*

n *Ex Tacito lib. 2. hiſt. num. 6.*

rium nitentis miteſcat, ac tandem, ſi quandoque diſſentiendum eſt, ſit ſine acerbitate diſſenſio.

Sit procul à contentione aduerſus inferiores; *a* vincere inglorium, atteri ſordidum arbitretur.

a *Ex Tacito in Agricola num.* 3.

Eis,qui ſunt auctoritate maiores, & præſertim Tribunali, vbi ipſe ius dicit, præſunt, ſciat honeſtè morem gerere, peritus *b* obſequi, & eruditus vtilia honeſtis miſcere;etiam ſi immoderatè, & ſuperbius agere videantur,contra legis *c* præſcriptum,quæ vt iubet potioris gradus Iudicibus ab inferioribus competentem reuerentiam tribui; ita & præcipit, ne qui maioris dignitatis inſignibus fulget, putet indignis iniurijs afficiendos eos, qui ſe ſciunt in officijs minoribus moderari; nam ſēper licebit prudenti viro pleraq; in melius *d* deflectere,& inter abruptam contumaciã,& deforme obſequium pergere iter ambitione,ac periculis vacuum.

b *Tacit.in Agricola num.* 3.

c *l. potioris C.de offic. Rector.Prouinc.*

d *Ex Tacito lib.* 4. *annal.num.*3.

Denique meminerit eſſe cum pari *e* contendere anceps, cum ſuperiore furioſum,cum inferiore ſordidum; quod ſi quis nimium ſit ferox,impatienſq; *f* natura, intelligat ſibi negotio quietē vtiliorem eſſe.

e *Seneca de ira lib.* 2. *cap.*34.

f *Senec. de tranquillit. animi cap.*4.

*Num.*61. Hanc ad partem prudentiæ, & illud referri poteſt,vt qui ius reddit,fa-

mæ ſtudeat, vt quã optima ſit; id quod à nemine negligendum eſt, cum verè dictum ſit, *g* contemptu famæ contemni virtutes; & *h* negligere quid de ſe quiſque ſentiat, non ſolum arrogantis eſſe, ſed etiã omnino diſſoluti; ſed ſumma ope publico viro curandũ eſt; nam *i* ratio ſaluſq; eorum omniũ, qui ad Rempublicam accedunt, non ſolum veritate, ſed etiam fama nititur: hinc fit, vt ex bona, k vel mala fama pro magiſtratu, vel contra magiſtratũ maximam, & præcipuam capiant iura præſumptionẽ, adeo vt ſi mala vrgeat, leuiora ad delicti probationem contra eum ſatis ſint, ſi vero bona ei faueat fama, teſtes, vt aiunt, ſynodales, & probatio nimis euidens opus ſint. immo nec teſtibus multa ſoleat haberi fides.

Sed hæc bonæ opinionis cura, præſertim in initijs adminiſtrationis adhibenda eſt; non quod ſequentia habere *l* nõ debeant eandem integritatem, quam ſuperiora, immo cautiorem etiam, ac diligentiorem; ſed quia experimento quotidiè diſcimus in vniuerſũ, vt initia *m* prouenerint, famam in cætera fore; & quemadmodũ eius, de quo iam rectè ſentire cœperunt homines, geſta *n* ſemper benigniorem recipiũt interpre-

g *Tac.lib.4.ann.nu.5.*

h *Ex Cic.de offic.lib.1. fol.364. in magnis.*

i *Epiſt.2.ad Quintum fratrem lib.1.*

k *Bouadigl.lib.5.cap.1. num.208.* Reg. *de Ponte deciſ.16.num.12. & ſeq.Capiblanc.tom.1.de Baronib.pragm.4.n.35.*

l *Ex Cic. lib.1. epiſt.1. ad Quintum fratrem.*

m *Ex Tac.lib.2.hiſtor. num. 6.*

n *l.non omnes §.à barbaris; ibi, & ſi bonus miles ff. de re milit.*

pretationem, ita ſemel *o* inuiſum, ſeù bene, ſeù malefacta premunt.

o *Tac.lib.1.hiſt.nu.2.*

Caueat tamen, ne ſui ſit oſtẽtator, *p* ſuarumq; laudũ ipſemet prædicator, nec inani *q* iactatione famam prouocet; nam deforme *r* eſt de ſe ipſo prædicare, falſa pręſertim, & cum irriſione audientium imitari militem glorioſũ: faciat potius vt *ſ* reliqui omnes ipſius æquitatem, temperantiam, ſeueritatem, integritatemque laudent; eluceatq; in eius vita decorum illud *t* q moueat approbationẽ eorum quibus cum viuitur, ordine, & conſtantia, & moderatione dictorum omnium, atq; factorum.

p *Bouadigl.lib.1.cap.5. num.33.*

q *Tacit.in Agricola num.15.*

r *Ex Cic.de offic. lib.1. in magnis fol.370.*

ſ *Prouerb.cap.27. laudet te alienus, & non os tuum, extraneus, & non labia tua.*

t *Ex Cic.de offic. lib.1. fol.364. in magnis.*

Cauendum quoq; *u* ei eſt, ne ſit nimius verbis, quia loquacitas demit auctoritatem: & in Flauio Sabino, domi, militiæq; alias claro hoc Tacitus *x* notat; iuſtitiam (inquit) innocentiamque eius non argueres, ſermonis nimius erat; id vnum ſeptẽ annis quibus Mœſiam, duodecim quibus præfecturam Vrbis obtinuit, calũniatus eſt rumor.

u *Bouadigl.lib.1.cap.3 num.33.*

x *lib.3.hiſtor. num.14.*

Num.62. Prudentiæ quoque conſilium eſt, nihil abſque maxima cauſa, contra leges, & inſtituta maiorum innouandum cenſere, ſed ſtudium antiqui moris ſeruare; nam vt ait Vulpianus *y* in rebus nouis conſtituendis euidens vti-

y *l.in rebus ff. de conſtitut.Princip.*

litas eſſe debet, vt recedatur ab eo iure, quod diù æquum viſum eſt; & oraculum eſt rectius olim *a* ſuper cũctis negotijs prouiſum, & quæcunq; conuerterentur, in deterius mutari.

a Tacit. lib. 14. annal. num. 6.

Num.63. Euitet vitium nimiæ credulitatis, quæ licet ſit *b* error magis, quam culpa, & quidem in optimi cuiuſque mentẽ facilè irrepat; quia vt quiſq; *c* eſt vir optimus, ita difficillimè eſſe alios improbos ſuſpicatur; tamen meminiſſe quis debet neruos, *d* atq; artus eſſe ſapientię, non temerè credere; hinc meritò *e* pragmatici homines, ideſt rerum vſu periti, omnibus hiſtorijs, & præceptis, verſibus denique cauere iubent, & vetant credere; non tamen eò pertinet oratio mea, vt velim quem nimium eſſe ſuſpicioſum, & nulli credere, quia vtrumq; *f* vitium eſt omnibus credere, & nulli; ſed illud animaduertendũ cenſeo, nè Iudex *g* facilè credat, verum excutiat; nam quædam licet falſa, veri ſpeciẽ ferunt; denique, vt Tullius *h* monebat, perpendat vnuſquiſq; vnum eſſe, & ſimplex aurium iudicium promiſcuè, ac communiter ſtultis, ac ſapientibus à natura datum; eſſe tamen vbi elucere prudẽtia poſſit, vbi diſcerni ſtultus, & credulus ab religioſo, & ſapiente Iudice; vt

b *Ex Planco ad Ciceronem epiſt.23.lib.10.*

c *Epiſt.1. ad Quintum fratrem lib.1.Cic.*

d *Cicero de petit. conſulatus fol. 444. in margnis.*

e *Cicero epiſt. 20. ad Atticum lib. 2. & ibi addentes.*

f *Senec.relatus per Bouadigl.lib.1.cap.5.n.22*

g *Senec.de clem. lib.1. cap.20. & de ira lib.2. cap.22.*

h *Ex orat. pro Marco Fonteio in pluribus locis.*

vt ſcilicet ea, quæ dicuntur, conie&ctu-
ræ, & cogitationi tradantur, quanta
auctoritate, quanta animi æquitate,
quanto pudore, quanta fide, quanta
religione, quāto ſtudio exiſtimationis
bonæ, quanta cura, quanto timore di-
cantur: præcipuè autē, qui ob aliquod
emolumentum ſuum cupidius aliquid
dicere videntur, ijs credi nō conuenit.

Num.64. Non exiguum denique præce-
ptum prudentiæ referā; vt ſcilicet qui
magiſtratum adipiſcitur; reminiſcatur
tempus quo priuatus ſub aliorum po-
teſtate vixit; attentè cogitet, quid in
alijs magiſtratibus probauerit, vel dā-
nauerit; probata imitanda ſuſcipiat,
damnata declinet: eſt aureum moni-
tum *i* Galbæ ad piſonem, cū in Prin-
cipem eum adoptaret, ſed de Principa-
tu dictum, in magiſtratum opportunè
cadit: vtiliſſimus idem, ac breuiſſimus
bonarum, malarumq; rerum delectus
cogitare, quid aut nolueris ſub alio
Principe, aut volueris. in hoc enim k
genere non eſt incommodum, quale
quodque eorum ſit, ex alijs iudicare;
vt ſi quid dedecuerit in alijs, vitemus,
& ipſi; ſit enim neſcio quomodo, vt
magis in alijs cernamus, quam in no-
biſmetipſis, ſi quid delinquitur.

Num.65. Hæc & ſimilia ſunt Iudicibus
ſer-

i *Tacit. lib. 1. hiſt. nu. 5. Bouadigl. lib. 2. c. 1. nu. 22. vbi docet Caſſiodori auctoritate bonorū prędeceſſorum exempla ſequenda vitiorum verò imitationem fugiendā.*

k *Ex Cic. de offic. lib. 1. fol. 371. in magnis.*

ſeruanda præcepta prudentiæ,quæ ſingula perſequi,nimis longum eſſet;nam vt Ariſtoteles *l* docet, prudentia circa ſingulas res verſatur.

l Relatus à Bouqdigl. lib.1.cap.5.num.1.

Num.66. Hæc prudentiæ pars eſt, maximè à Principe cum Iudicem deligit, conquirenda; & ſiquidem alijs officijs quis functus eſt, quale nam ſui ſpecimen in ijs antea dederit, intuendum eſt, quamq; ſe prudenter geſſerit inquirendũ; maximeq; illud Epicharmi præceptum hic valere debet; *m* Γνῶθι πῶς ἄλλῳ κέχρηνται idest noſce quonam pacto alio vſus eſt: ꝙ ſi nouus ad honores ſit, ex rei ſuæ priuatæ gubernatione, qualẽ ad res publicas prudentiam allaturus ſit, eſt coniectura capienda; extat ad rem monitum Baſilij Imperatoris ad filium. *n* Conſiliarijs (inquit) vtere ijs,qui rebus proprijs prudenter conſuluerunt, rectèq; eas adminiſtrarunt; non autem ijs, qui per imprudentiam male; nam qui ſuis rebus malè perſpexit, nunquam ille bene cõſulet alienis; ob luxũ *o* egentes,per flagitia infames; quibus,cum ſua perdiderint, non agri, non fœnus, vt ille aiebat, ſed ſola vitiorum inſtrumenta manſerunt, incitamẽta ſcilicet rapiendi aliena, procul à Republica habeantur.

m Cic.ad Quintum fratrem epiſt.1.lib.3.

n cap.18.

o Ex Tacit.lib.6.annal. num.1.& lib.1.hiſt.

Nec

Nec tamen reticebo, id quod & ſupra innui,me de ea prudẽtia intelligere,quæ ſit omnino cum christiana pietate cõiuncta, & ab ea ne latum quidẽ vnguẽ diſcedat; de cuius probitatis neceſſitate quoniã infra dicetur, hic alia ſileo.

Num.67. TERTIA Conditio neceſſaria eſt ipſa ætas,ſcientiæ ſcilicet,& prudẽtię,quas in Iudice deſideramus,capax. Qua in re quod magis iure *p* probatur eſt, vt minor decem & octo annis nullo modo,velit, nolit, Iudex eſſe poſſit; poſt vero decem & octo, poſſit,ſi velit, ſed non cogatur ante vigeſimum annum;& ſi alijs,quos refert Bouadigl. *q* placeat aliam ætatem à legibus definiri,nempe vigeſimiquinti,vigeſimiquarti, aut vigeſimiſecundi. in Regno *r* autem ætas ad iudicandũ apta eſt proculdubio vigeſimiprimi anni iam expleti, cum ea ad doctoratus lauream aſſequendam lege municipali idonea conſtituta ſit cum Regia prohibitione hanc ætatem remittendi.

p *Gloſ.in l.cum Prætor §.non autem verſ.& impubes ff.de iudic.*

q *Bouadigl.lib.1.cap.7. num.17.*

r *Pragm.7. de ſcholar. doct. verſ. quinto che s'oſſerui.*

*Num.68.*Sed hęc ætatis mẽſura obſeruari poterit,vbi de primis agitur incunabulis dignitatũ;ſecus vbi maioris ponderis magiſtratus demãdandi sũt; tũc enim robuſtior ætas deſideratur,quę *ſ* ſcilicet cupiditates adoleſcentiæ iam effu-

ſ *Ex Tacit.lib.1.hiſtor. num.5. ad Aſſlict. in conſtitut. vt vniuerſis num.53.verſ.10.requiritur.*

effugerit: in eam enim ætatem, de qua ſupra commemoratum eſt, vt experiẽtia oſtendit, plerumq; ſapientia *t* non cadit; & vtcunque aliqua præclara indoles eluceat in adoleſcentia, ad fructum ferendum ſatis nõ eſt, ſed potius tanquam in herbis, ſignificat quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges induſtriæ ſunt futuræ: hinc rectè ille monebat, ne mobiles *u* adoleſcentiũ animi prçmaturis honoribus ad ſuperbiam extollerentur. Sunt enim potius refrænandi, *x* quam incitandi: amputanda plura ſunt illi ætati, quam inſerenda; eſtq; vt prudẽtia *y* ſenectutis, ita temeritas florentis ætatis.

t *Ex Cicer. pro Marco Cœlio fol. 506. in magn.*

u *Ex Tacito lib. 5. ann. num. 3.*

x *Ex Cicer. pro Marco Cœlio eòd fol 506.*

y *Ex Cicer. de ſenect. fol. 408. in magnis.*

Num. 69. Excipio hçc omnia, vbi ad modum inſignis, nec vulgaris aliqua virtus in iuuene eluceat, quæ ſenilẽ ſcientiam, ac prudentiam expleat; nam ea à magiſtratu quamuis magno non arcenda, exemplo Romanorũ, vt pulchrè apud Tacitum *z* legitur; apud maiores, inquit, virtutis id præmiũ fuerat, cunctiſq; ciuibus, ſi bonis artibus fiderent, licitũ petere magiſtratum; ac ne ætate quidem diſtinguebatur, quin prima iuuenta conſulatum, ac dictaturas inirent: ijs igitur, qui habent *a* à natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione adipiſcendi magi-

z *lib. 11. annal. num. 6. ad Maſtrill. de magiſt. lib. 2. cap. 5. num. 76. & 77. & ſeq.*

a *Ex Cic. de offic. lib. 1. num. 72.*

magiſtratus ſunt,& gerenda Reſpublica eſt.

Num.70. Sed ambigi poteſt,an ſint ſemper ſenes præferendi? quibus .ſ. vt ille aiebat, *b* corpus annis infirmum,ingenium ſapientia validum eſt.

b *Ex Saluſt. in Catilina.*

Equidem vt breuiter rem definiam. ita diſtinguendũ puto, aut agitur de muneribus,in quibus non ſolum animi ſapientia, ſed etiã corporis robore opus eſt, vtputa quia multa agẽda ſunt corporis labore indigentia, vt ſi v.g. circircumeunda Prouincia,latro conquirendus ſit; & tunc ſenilem ætatem parum aptam exiſtimo; nam ad hæc omnia requiritur non iuuenilis, at valida ætas negotijs,corporiſq; exercitationi ſufficiens: & ita intelligenda eſt lex *c* municipalis huius Regni præcipiens ſenes ab officijs remouendos.

c *Text. in capit. Regni item quod prædicti, vbi Reg. Tappia.*

Aut agitur de conſtituendis Iudicibus in ſũmis prætorijs; in quibus *d* ſcilicet non viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur; ſed conſilio,auctoritate,ſententia; quibus nõ modò orbari, ſed etiam augeri ſenectus ſolet; & tũc apud *e* omnes conſtat ſeniores præferẽdos cæteris paribus.

d *Ex Tullio de ſenectute fol.408. in magnis.*

e *Bouadigl. lib.1.polit. cap.7.num.1.& ſeq. idẽ D.Reg.Tapp. in eodem cap. itẽ, quod prædicti;*

Num.71. Excipio in hoc vltimo dicto, ita imbecilles *f* ſenes,vt nullum offi-

f *Ex Tullio de ſeneſt. fol.410. in magnis.*

cij, aut omnino vitæ munus exequi poſſint; iſti quidem non ſolum non ſunt ad magiſtratum vocandi, ſed ſi in magiſtratu etiam perpetuo poſiti reperiãtur, alijs præmijs, & honorifica quiete donandi ſunt; vt docet D. Reg. Tappia, *g* qui refert, quemdam Regium Conſiliariũ tam aſſiduo podagræ morbo afflictum, vt ad conſilium accedere maximè rarò poſſet, quieſcere permiſſum fuiſſe cum facultate ad conſilium, quando liberet accedendi.

g In d. cap. Regni item quod prædicti.

Num. 73. QVARTA, & maximè neceſſaria Conditio eſt ipſa vitæ probitas, & innocentia, vt .ſ. non tantum ſapientiæ, ſed & cõſcientiæ ſale conditus ſit in Iudicem eligendus. de communi *h* omnium ſententia; qui enim habent *i* cum intelligentia coniunctã probitatem, illis Reipublicæ ſalutem, vitam, fortunaſq; ciuium rectiſſimè committi arbitramur, at detracta opinione probitatis, quo quis verſutior, & callidior eſt, (nam ſcientia remota à iuſtitia, calliditas, non ſapientia appellãda eſt) hoc ſuſpectior, & inuiſior habẽdus eſt: nam quamuis nõ ignorem controuerſiam excitatam, vtrum Reipublicæ deterius ſit Iudicem habere indoctum, ſed probum, an doctum ſed improbum? & ali-

h Bald. in l. 2. C. de ſent. ex peric. recitand. Bouadigl. lib. 1. c. 3. n. 51. maſtrill. de magiſtr. lib. 2. cap. 3. num. 8.
i Ex Cic. de offic. lib. 2. fol. 378. in magnis, & lib. 1. fol. 359. in magnis.

& aliquibus placuiſſe *k* meliorem eſſe Iudicem doctum, licet improbũ; equidem vtrumq; eſſe valdè pernicioſum affirmo, ſed vt in malis, anteponendã exiſtimo probitatem litteris carentẽ, probitate carentibus litteris. nam & iuſtitiam cenſuit Tullius, *l* ſine prudentia multum poſſe; ſine iuſtitia nihil valere prudentiam.

k *Rouit.in rubr.de ſal. vendendo nu.7. & ſeq. vbi multa pro,& cõtra.*

l *De officijs lib.2.f.378 in magnis.*

Num. 73. Hæc quidem cõditio ante omnia ad rectam iuſtitiæ rationem referenda eſt; vt .ſ. is eligatur, de quo veriſimile ſit futurum, vt *m* nec inflecti gratia, nec perfringi potẽtia, nec compelli odio, nec adulterari pecunia poſſit; ſed ſtateram huius præclaræ virtutis, ex qua vna Iudices *n* viri boni videntur appellari meritò poſſe, ita geſtet in *o* manibus, vt nihil odium vindicet, nihil fauor vſurpet, timor exulet, præmium, aut expectatio præmij eam non euertat; quandoquidem nemo iuſtus eſſe poteſt, qui pecunia mouetur; immo qui mortem, qui dolorem, *p* qui exilium, qui egeſtatem timet, aut qui ea, quæ ſunt his cõtraria, æquitati anteponit: aut non *q* ita iuſtitiam humili, & ignoto viro, quemadmodum magno, & ſibi familiaritate coniuncto diſtribuit; ne in illud tam deteſtabile iudicanti vitium incidat; vt

m *Ex Cicer.pro A.Cecina fol.236.in magnis.*

n *Ex Cic.de offic.lib.2. fol.379. in magnis.*

o *Text. in cap.1. de re iudic.in 6.in pragm.2. de trigeſ. & eorum ſal.*

p *Ex Cicer.lib.2.de offic. fol.379.in magn.*

q *Gloſ. in l.ſi quis in ver.Remus ff.de rerum diuiſ.*

r *Ex Tull. de offic. lib. 1. fol. 363. in magnis.*

ſ *Ex Tull. lib. 2. de off. fol. 379. in magnis.*

t *In l. perſpiciendũ in princ. ff. de pœnis.*

u *Ex Senec. de clement. lib. 2. cap. 4. & de clem. lib. 1. cap. 2. ad text. in l. abſentem ff. de pœn.*

x *Ex Cic. pro Murena fol. 348. in magnis, ad text. in l. pedius ff. de incendio.*

y *Ex Cic. de offic. lib. 1. fol. 354. in magnis, ad text. in l. perſpiciendũ §. delinquunt, & ibi gl. in verſ. aut caſu ff. de pœn. text. in l. quicquid, & ibi Cagnol. nu. 10. ff. de reg. iur. Farin. conſ. 67. num. 2. & ibi addit. in lit. A.*

ijſdem de r cauſis alij plectantur, alij ne appellentur quidem; hic enim conſtans iuſtitiæ cultus, præcipuus eſt iudicantium finis; nemo ſiquidem ambigit, quemadmodũ Reges, ita & bene moratos ſ magiſtratus regum adminiſtros ab initio ſeruandæ iuſtitiæ cauſa conſtitutos.

Num. 74. Huc etiam ſpectat, vt is ad iudicandum eligatur, qui talis futurus ſperetur, qualem t Marcianus Iuriſconſultus deſiderauit; .ſ. nec remiſſior, nec ſeuerior quam cauſa depoſcit; ſed perpenſo iudicio, prout quæq; res poſtulat, ſtatuens; cauens, u ne per ſpeciẽ ſeueritatis in crudelitatẽ, vel per ſpeciem clementiæ in nimiam miſericordiam incidat; nam par error eſt à vero recedentium; licet nimiæ clementiæ vitium ſit excuſatius, & in hoc leuiore periculo erretur, ſi quicquid plus æquo futurum eſt, in partẽ humaniorem præponderet; nam reſpiciendum eſt, ne maior, aut fortè minor pœna, quã culpa ſit. vt enim ſunt diſtincta x genera delictorũ, ita fas eſt eſſe diſpares pœnas: intereſt y v.g. vtrum perturbatione aliqua animi, quę plerumq; breuis eſt, & ad tempus, an conſultò, & cogitatò fiat iniuria: leuiora enim sũt, quæ repentino aliquo motu accidunt,

quam

quam ea, quæ meditata,& præparata inferũtur; intereſt z vtrum quis imprudentia,inſcitiaq; lapſus ſit,an ſciẽs, prudenſq; peccauerit; vt.n.cũ vno mitius, ſic cum altero agendum eſt ſeuerius; hinc ſit,vt in leuioribus cauſis lenitas, in grauioribus ſeueritas, non abſq; benignitatis temperamẽto commendetur iudicanti; quod ille videlicet aiebat, paruis a peccatis veniam; magnis ſeueritatem commodare.

z *Ad text.in l. ferè in omnibus ff.de reg. iur.*

a *Ex Tacito in Agric. nu.7. ad tex.in d.l.perſpiciendum §. planè ff. de pœnis.*

*Num.*75. Abſit ab eligendo ad munus,de quo quærimus b auaritia; qua nullum c vitium tætrius, præſertim in Rempublicam gubernantibus; vt meritò affirmauerit Tullius, caput eſſe in omni procuratione negotij, & muneris publici, vt auaritiæ pellatur etiam minima ſuſpicio. Abſit turpis quæſtus cupiditas; quia in vniuerſum verum eſt,fidẽ d integrã nõ manere,vbi magnitudo quæſtuũ ſpectetur: & vt præcipiunt e Arcadius, & Honorius Cæſares,ſunt ad miniſteria adhibendi,nõ qui immania lucra ſectẽtur,ſed qui neceſſitatem officij ſollicitudinibus debitis exequantur.

b *Bouadigl. lib.1.cap.3. num.51.*

c *Ex Tull. lib.2 de off. pluribus locis fol. 385. in magnis.*

d *Ex Tac.lib.11.annal. num.2.*

e *In l. Illyricum C. de cohortal.lib.12.*

Eligatur is potius, cui inſit diuitiarum,& pecuniæ contemptus, & liberalitas, f quæ commemorata vitia procul habeat, à quibus ſæpè magiſtratus Rempubli-

f *Maſtrill. de magiſtr. lib.2.cap.12.num.66.*

publicam *g* quæſtui habere, id quod nõ modo turpe, ſed & ſceleratũ, & nefariũ eſt, edocentur: & verè, vt nihil *h* eſt tam anguſti animi, tamque parui, quam amare diuitias; ita nihil honeſtius, magnificentiuſq;, quam pecuniã contemnere, ſi non habeas, ſi habeas ad beneficentiã, liberalitatemq; conferre: dummodo tamen in hac ipſa liberalitate adſit laudata illa sẽper moderatio; nam *i* liberalitas, ni adſit modus, in exitium vertitur; & multi *k* cũ dando egere cœperunt, alienis bonis manus afferre cogũtur; vnde rectè monemur adhibere modũ, ne ita claudatur res familiaris, vt eam benignitas aperire non poſſit; nec ita referetur, vt pateat omnibus.

Num.76. Abſit fraudis ſuſpicio, ſitque *l* ei fides in primis cara; nã iuſtitiæ fundamentum eſt fides; ideſt dictorum, conuentorumq; conſtantia, & fides. cumq; *m* improbi hominis ſit mendacio fallere; nihil minus decet Iudicẽ, *n* qui boni viri officio fungitur, quã eſſe fallacem; nihil magis ei conuenit, quam bonum *o* eſſe, ſimplicem, veritatis amicum, minimèq; fallacem.

Num.77. Sed non ſolũ ſupra memoratę, aliæq; ad iuſtiſtiam ſpectantes, ſed cæterę cuiuſcunq; generis virtutes exornare

g *Ex Cic. lib.2. de offic. num. 77.*

h *Ex Cic. de offic. lib.1. num.68.*

i *Ex Tacit. lib.3. hiſtor. num. fin.*

k *Ex Cic. de offic. lib.2. num 54. & 55.*

l *Ex Cic. de offic. lib.1. fol. 353. in magnis.*

m *Ex Cic. pro Murana fol. 348. in magnis.*

n *l.4 §. mala ff. famil. erciſcunda.*

o *Ex Cic. de offic lib.1. fol. 359. in magnis, ad id quod dicunt Doctores non licere extorquere cõfeſſionem à reo ſub ſpe impunitatis, vt eum fallat, vel alias per dolum dicendo v.g. quod reus eſt conuictus, Farinac. quæſt. 81. nu. 277. idem Farinac. conſ. 185 num. 14. & ſeq. Paſchal. de virib. patr. pot. par. 3 cap. 1 num. 67. & 68.*

nare debent iudicandi munere functorum; quæ .ſ. ipſum Iudicem numeris omnibus abſolutum, cunctis vitæ officijs æquabilem, in omnibus vitæ partibus honeſtiſſimum reddant; nihil enim eſt *p* iudicandi officio innocentius, nihil ſanctius.

Rationes, ob quas tam exacta in iudicãte bonitas deſideratur, ſunt nimis euidentes.

Prima, quia ius, faſque eſt, vt nõ niſi meliores hunc honorem aſſequantur, vt cæteris præſint. Cyrus, vt ſcripſit Xenophon, *q* meritò nefas eſſe cenſebat eum cæteris imperare, qui melior ipſe non eſſet, ijs quibus imperaret.

Secunda, hoc ſi obſeruetur, ſubditi tranquilliore animo ferent melioris imperium, nam natura ipſa ſuadet, patiẽda *r* meliorum imperia; quæ profectò ſubditorum trãquillitas minimè ſpernenda eſt; nam & ad regnantis tutelam ea plurimum prodeſt; cum id firmiſſimũ *ſ* ſit imperium, quo obedientes gaudẽt. at ècontra quis æquo animo ferre poterit deterioris, aut æquè improbi dominationẽ? quis æquis oculis cernet non eſſe *t* Iudicem diſſimilem accuſato? cui non indignatio orietur, ſi ad reprimendam *u* aliorum improbitatem, is deligatur, cuius improbitas

ſit ab

p *Ex Maſtrill. de magiſtrat. lib. 2. cap. 1. n. 5*

q *Pædias 19.*

r *Ex Tac. lib. 13. annal. num fin.*

ſ *Ex Liuio lib. 19.*

t *Caſſiodor. relatus per Bouadigl. lib. 1. c. 3. n. 59*

u *Quod munus eſt magiſtratus l 3. §. miratur ff naut. caupon. & ſtab.*

ſit ab alijs reprimenda? quis patienter toleret ei curam demãdari, ne *x* potentiores à tenuioribus opprimantur, qui ipſe aduerſus alios iniuſtè, ac perperam agat, poteſtatis quam gerit viribus fretus? quis non moleſtè, & grauiter patiatur eum præfici ad puniendũ adulterum, vel aliarum libidinum reũ, qui ipſe adulterij, vel aliarum libidinũ inhoneſtate fœdatus eſt? ad punienda furta eum qui ipſe ſe inquinat furtis? ſemper erumpẽt querulæ voces; *y* nihil alienæ luxuriæ ignoſcit, qui nihil ſuæ negauit; homicidæ tyrannus iraſcitur, & punit furta ſacrilegus. & vtcunque ſceleſtus ſit, qui punietur, non pœna *z* criminis, ſed vltor diſplicebit. Sed & plerumq; quod deterius eſt cõtinget, vt eiuſmodi Iudex vitijs ipſe obnoxius, aliena vitia punire non audeat. quomodo *a* enim alienas libidines franget, ſi qui eas frãgere debet, cupiditatis eiuſdem tenetur? quid magis *b* timidum facit animum, quam reprehenſibilis vitæ conſcientia? hinc fit, vt ſæpiſſimè futurũ ſit, ſi tales erunt in Republica magiſtratus, quod commemorat Tacitus *c* de Valente, qui ob lucra, & quæſtus infamis, eoq; erat alienæ etiam culpæ diſſimulator, & de ſceleſto illo Proconſule *d* in omnem auidi-

x *Ad tex. in l. moderatoris C. de offic. Rector. Prouinc. l. illicitas §. ne potentiores ff. de offic. Præſid.*

y *Ex Senec. de ira lib. 2. cap. 28.*

z *Ex Tacit. lib. 2. hiſtor. num. 3.*

a *Ex Cic. de legib. lib. 3 fol. 347.*

b *Ex Sen. relato à Platea in l. nulli C. de agẽt. in rebus lib. 12.*

c *lib. 2. hiſtor. num. 13.*

d *In Agricola. num. 2.*

auiditatem prono,& quantalibet facilitate redempturo mutuam diſſimulationem mali. nam vt nihil eſt negotij continere *e* eos,quibus præſit,ſi ſe ipſe contineat; ita difficillimum eum, qui propriæ cupiditati nõ reſiſtit, aliorum cupiditates comprimere.

e Ex Cicer. epiſt. 1. ad Quintum fratrem lib. 1.

Tertia,eius, qui in magiſtratu eſt,tam vitia, quàm virtutes in lucem apertius prodeunt; nam cæterorũ in vita *f* priuata degentium virtutes, vt appareãt, diu luctantur,& vitia tenebras habent; at in eos, qui publicam gerunt perſonam,oculi omnium conijciuntur; in eis,quid agant, quemadmodum viuãt, inquiritur; & tanquam in clariſſima luce verſantur,ita nullum obſcurum poteſt, nec dictum eorum eſſe nec factum; & ideo nulli magis cauendum eſt,qualem habeat famam,quàm ei,qui qualemcunque meruerit,habiturus eſt magnam.

f Ex Sen. de clem. lib. 1. cap. 8. & ex Cic. de offic. lib. 2. num. 44.

Quarta deniq;, ei,qui cæteris præeſt,amplectenda eſt virtus, vt illius exemplo cæteri ad virtutem alliciantur, & inter cætera legũ diuini Platonis præcepta illud cõmemorat Tullius ad magiſtratum pertinens, is ordo vitio careto, *g* cæteris ſpecimen eſto: quod ſi eſt, ſubdit Tullius,tenemus omnia;vt enim cupiditatibus Principum,& vitijs infi-

g Ex lib. 3. de leg. f. 340 in magnis.

ci ſolet tota Ciuitas; ſic emendari, & corrigi continentia. hinc magna cum ratione magiſtratum gerẽtes peculiari quodã *h* ſtudio ab his, quæ mali ſunt exempli, abſtinere commonentur; nec enim tantum eſt *i* mali peccare Principes, ideſt optimates, aut qui in magiſtratu ſunt, ita enim Tullius accipit, (quanquam hoc eſt magnum per ſe ipſum malum) quantum illud, quod permulti imitatores Principum exiſtunt: nam licet videre, ſi velis replicare memoriam temporum, qualeſcunq; ſummi Ciuitatis viri fuerint, talem Ciuitatem fuiſſe; quo fit, vt pernicioſius de Republica mereãtur vitioſi Principes; quod non ſolum vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in Ciuitatem; neque ſolũ obſunt, ꝙ illi ipſi corrumpuntur, ſed etiam quod corrumpunt, pluſque exemplo, quàm peccato nocent.

Num.78. Hinc non iniuria populorum peccata ſolẽt populorũ *k* Rectoribus adſcribi; nec extra rem illud hic dicere licet, cum *l* rectè factorũ ſibi quiſq; gratiam trahat, vitius inuidia ab omnibus peccatur. Debent igitur decorare omnia ornamẽta virtutũ, eum qui faſcibus eſt ornandus.

Num.79. Caſtitas in eo *m* deſideratur. nam animo per *n* libidines corrupto, nihil

h *D.Reg.Tapp. in rub. de officialib.conſt.n.40.*

i *Ex Cicer. lib 3. de legib. fol.347.in magnis.*

k *Bouadigl.lib.1.cap.3. num.62.*

l *Ex Tacit.lib.4. annal. num. 9.*

m *Bouadigl. lib.1. c.3. num.50.*

n *Tacit. lib. 11. annal. num. fin.*

nihil honeſtum ineſt; alij,inquit *o* Seneca, virilius peccant, in venerem, ac libidinem proiectorum inhoneſta labes eſt; *p* nihil tam deteſtabile, ac peſtiferum eſt quã impudicitia; impedit conſiliũ, rationi inimica, mentis perſtringit oculos, nec habet vllum cum virtute commercium. Hinc meritò incontinentiæ lapſus in priuato homine impunibilis, in magiſtratu graui eſt animaduerſione dignus; ſi enim cum *q* vulgata fœmina magiſtratus libidinem exerceat occaſione litis ciuilis, vel criminalis, ſiue ea in carceribus detineatur,ſiue extra carceres ſit, non impunitum, id dimittetur,ſiue parte conquerente,ſiue officio Iudicis res in iudiciũ deducatur;& cũ hoc quandoq; acciderit, fuit reus præter dignitatis ademptionem,etiam exilij pœna damnatus, etiã nulla vi intercedente; grauiore proculdubio pœna infligenda, ſi ex parte mulieris honeſtas facinus grauius reddat: quod ſi vis admixta ſit, ius municipale vltimi ſupplicij *r* pœnam priuato meretricẽ vi comprimenti indicens,multo magis in magiſtratu huius criminis reo locum obtinebit.

Quãuis ſi nulla uis *ſ* interceſſerit, nulla litis occaſio, libido cũ ſoluta licet honeſta, magiſtratui etiam ſit impunita;

o *Ex Senec. de breuitate vita cap. 6.*

p *Ex Cic. de ſenectute fol. 411. in magnis.*

q *Giurba conſ. crimin. 37. Caball. reſolut. 283. Maſtrill. Sicul. dec. 191.*

r *Maſtrill. d. deciſ. 191.*

ſ *Giurb. conſ. crim. 37. num. 5.*

tinens falſas virtutes, & vitia obtecta, quò *d* maiore bonitatis imagine tegũtur, eo in infenſius eruptura flagitiũ; hic ille eſt, qui ſçpè habitu, *e* & ore ad exprimendam honeſti imaginem exercitus, cæterum animo perfidioſus, & ſubdolus, auaritiã, ac libidinem, aliaq; vitia occultat; quæ poſt magiſtratum adeptum recluduntur; datumq; eſt nõ rarò exemplum præcauendi, quomodo flagitijs commaculatos, ſic ſpecie bonarum artium falſos.

Hinc non immeritò, & ſi crimen ambitus *f* ceſſet, vbi officia petũtur à Principe; tamen ſapientibus placuit, in ijs honeſtius eſſe, vt cæteris paribus ea non petentes, petentibus præponantur; *g* neque enim, vt aliqui opinantur, ad Principis maieſtatem pertinet magiſtratus nõ niſi rogantibus demãdare, quaſi eius maieſtate inferius ſit, eos non roganti offerre, gratioreſque ſint Principi futuri, qui petentes obtineant; nam Principis decus in eo potius refulgebit, vt tantùm virtuti locũ in hac re patefieri omnes intelligant; neque verò conſiderata ratio gratioris animi mouere Principem debet, quia experimẽto conſtat, valdè paucos gratum animum ob magiſtratus adeptionem profiteri; nemo enim ferè exiſti-

mat

d *Ex Tacito lib.1. ann. num. fin.*

e *Ex Tac. lib. 15. ann. num. 9.*

f *l.1. ff. ad l. Iuliam de ambitu, qui tex. procedit etiã ſi Principi detur pecunia, de Ponte deciſ. 16. num. 28. Boſſ. in tit. de ambitioſis.*

g *Bonadigl. lib. 1. cap. 3 num. 65.*

malum putat, bonum autem ſuum id maximè, quod alicui bono futurum eſt amat: hæc non peccātibus, ſed *o* peccatis tantum iraſci iubet; hæc nos in proprijs, quā in alienis iniurijs exorabiliores reddit: hæc eſſe quam videri bonos præcipit; *p* hæc veram, & exactam iuſtitiā imperat; docet enim nos eſſe iuſtos gratis, & ita in hāc pulcherrimam virtutē nos impendere, vt tota cogitatio à priuatis commodis, quàm longiſſimè auerſa ſit; alienum enim bonum ſpectat ſincera iuſtitia, nihil ex ſe petens, niſi vſum ſui; & quod magis eſt, ipſam famam, gloriamq; cōtemnit, ſi non niſi cum infamia iuſti eſſe poſſimus; hæc ne *q* deterreamur, ad iuſta, honeſtaq; tribuit fortitudinē contemptricem timendorum, terribilia, & ſub iugum libertatem noſtram mittentia deſpicientem: hæc fidem docet, ſanctiſſimū humani pectoris bonū, dum mendacia, deceptiones omnino ex humani commercij finibus tollit, atque exterminat: hæc voluptatibus imperat, dum alias odit, atque abigit, alias diſpēſat, & ad ſanum morem recidit, docens optimum modum cupitorum eſſe non quantum velis, ſed quantum debeas ſumere: hæc ambitioni, alijſque nimijs cupiditatibus modum ponit, cogitque

o *Ex Senec. de ira lib. 2. cap. 28.*

p *Ex Senec. epiſt. 113.*

q *Ex Senec. epiſt. 88.*

gitque

gitque ſpes effrenatas, animumq; ad vaſta procliuem velut ſub vinculis habere: hæc diuinitus ſapientiæ rorem instillat; nam, vt ſcriptum eſt, anima r viri ſancti enuntiat aliquando vera, quàm ſeptem Circumſpectores ſedentes in excelſo; hæc ſ deniq; iudicandi munus periculis plenum ferè ineuitabilibus ſola periculis liberat. omnia enim proſperè t euenere colentibus Deum, aduerſa ſpernentibus.

r *Eccleſ. cap.* 38.

ſ *Ad Bonadigl. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 54.

t *Ex Liu. lib.* 5.

Num. 84. Solet hic diſputari, vter aptior ad magiſtratum ſit, qui ſemper laudabilem duxit vitam, & nihil in præteritum excuſandum habeat, an qui vitijs quandoque obnoxius, eſt poſtea mutatus in melius? & primũ bonitatis genus aptius ſenſiſſe videtur Plato, u qui eum docuit conſtituendum cuſtodem, & Iudicem Ciuitatis, qui ſingulis ætatibus pueritia ſcilicet, adoleſcentia, & matura ætate probatus fuit, & macula caruit vſque ad ipſam electionem, eiuſdemq; ſententiæ fuit Præpoſitus; x contrariã opinionem ſuſtinet Ludouicus Romanus, y ea motus ratione, quod ſcilicet melius humanis admiſſis ſciet ignoſcere, qui & ipſe quandoque indiguit venia.

u *lib.* 3. *de rep & lib.* 6 *de leg. relatus per Maſtrill. de magiſtr. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 59. *& ſeq.*

x *Relatus ad rem per Bonadigl. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 77.

y *Relatus per Bonad. ibidem.*

Equidem Platonis, & Præpoſiti ſententiam veriorem cenſeo; nam ea, quæ à Roma-

Romano dicta ſunt, vbi de eccleſiaſticis dignitatibus agitur, locum habent; non vbi de vitæ, neciſq; poteſtatem habentibus Iudicibus agitur; quibus ſcilicet pauca pietatis officia tractanda ſunt, ſed rigor gladij plerumque in improbos exercendus eſt, vt optimè Cæſar Lambertinus diſtinxit. *z*

z Relatus per Bonad. ibidem.

Nec tamen eum, qui vitam in melius emendauit, arcendũ ab honoribus exiſtimo, quia ratione mutatæ vitæ, iam non *a* amplius dicitur malus; licet alter, qui ſemper ſe in officij honeſtate cõtinuit, ſit dignior; quid enim ſi quis præſertim lubrico ætatis lapſus, deinde ad meliora redierit? certè fas eſt cedere prima poſtremis; ſi videlicet pœnitentia *b* facti ſpem bonam pollicetur, ſi præſertim appareat non ex alto veniſſe nequitiam, ſed ſummo quod aiũt animo inhæſiſſe, præteritis danda eſt venia, nec accipientibus nocitura, nec dantibus: in quo prudentis Principis, ſeù alterius eligẽtis verſatur arbitriũ, qui an emẽdatio ſit ſincera dignoſcat; ne fortè dum *c* improbus interquieſcit, dum emẽdato tantùm ſimilis eſt, decipiant non deficientia, ſed ad tempus ceſſantia vitia magno cum fœnore reditura.

a *Io. Andr. in cap. ſemel malus de regul. iur. in ſexto.*

b *Ex Senec. de ira lib. 1. cap. fin.*

c *Ex Seneca epiſt. 25.*

Non omittendum etiam eſt veram à no-

ſtris præſumi emendationem, ſi quis *d* aſſiduum triennium in emendatione permanſerit: adeo vt omnis ante actæ vitæ nota deleatur, ſi tamen delinquendi occaſione oblata, quis delicto abſtinuiſſe probetur.

Optandum ſanè eſſet, vt altiſſimus probitatis gradus in Iudice eligendo emicaret; ſed etiam corruptiſſimo, in quo viuimus ſæculo admonendi ſumus non ſemper haberi poſſe ad officia exercēda bonitatem ſanctitate, & vt aiunt, miraculis *e* claram; vitia erũt *f* donec homines; ſatis eſſe debet, ſi neque hæc continua, & meliorum interuentu penſentur.

*Num.*85. QVINTA Conditio in ordine ſit natalium honeſtas. nam eſſe in Iudice eligendo nobilitatis habendam rationem tàm lege *g* communi, quàm municipali inſinuatur, & multæ afferuntur rationes.

Prima eſt, quia veriſimile eſt nobiles melius ſeſe in adminiſtrando magiſtratu geſturos. nã vt ait Ariſtoteles *h* probabile eſt meliores futuros eſſe, qui ex melioribus orti ſunt. nec vt plurimum nobiles ſolent à ſuis claris maioribus eſſe degeneres: de Dolobella, inquit *i* Tacitus, miraculo erat, quia claris maio-

d *Alciat. de præsũpt. reg.2. præſumpt 7. n.3. Guazzin defenſ.28.c.1. num.2 & ſeq.& alij per eum relati.*

e *Bouadigl. eod. lib.1. cap.3. num.77.*

f *Ex Tacit.lib.4.hiſtor. num.17.*

g *Text.in l.honor §.de honoribus ff.de muner. & honorib. Boer.deciſ. 153.nu.32. text.in conſtit.Regni Iudices vbique in verbo illuſtres, vbi D.Reg.Tappia hoc eſt nobiles, declarat Bouadigl. lib.1.cap.4. per totum.*

h *Quinto politic.Dom. Reg.Tapp. in rub.de official.conſtit.num.12.& ſequent.*

i *lib.4.annal. nu.10.ad tradita per Bouad.lib.1, cap.4. num.14.*

maioribus, ſuam ipſe nobilitatem, ſuū ſanguinem perditum ibat.

Secunda, nobilitas plerumque efficit, vt faſcium k prærogatiua quis moderatius vtatur, cū èccontra ignobilis mutato ſtatu plerumque ſe moderari neſciat, illudq; non raró accidat, vt diù ſordidus, l repentè magnus mutationem fortunæ malè tegat; hinc ſubditi lætiore animo m nobilioris dominationem ferunt, cum èccontra ignobilis imperium graue, & intolerabile videatur.

Tertia, nobilitas maiorem reuerentiam Iudici n conciliat, cum èccontra natalium obſcuritas rèddat eum deſpectiorem, nec verò Reipublicæ modicè intereſt magiſtratibus authoritatem, ac reuerentiam ſeruari; nam ex magiſtratuum authoritate, vel contēptu ipſius iuſtitiæ authoritas vileſcit, vel in honore habetur.

Quarta, nobilitas ipſa ſubleuanda eſt, cui omnes boni o fauent sēper, quia vtile eſt Reipublicæ nobiles eſſe dignos maioribus ſuis.

Hinc de Tyberio antequam principatum in initijs laudabilem in deterius verteret, apud Tacitū legimus; mandabatq; honores, nobilitatē p maiorum, illuſtres domi artes ſpectādo. Quibus ver-

k *Ad tradita per Bouadigl. lib. 1. cap. 4. n. 24.*

l *Ex Tacito lib. 1. hiſt. num. 16.*

m *Bouadigl. eod. lib. 1, cap. 4. num. 23.*

n *D. Thom. in epiſt. ad Hæbreos c. 1. lect. 2. relat. per Bouadigl. ibidē, & per D. Tapp. in ead. rubr. num. 12. vbi inter tria requiſita D. Thom. requirit nobilitatem, ne contemnendo præcipiatur. ad rem Aſflict. in conſtit. pacis cultum num. 2. vbi quod pax Reipublicæ tunc conſeruatur, dum minor ſuperiori reuerentiam exhibet, text. in cap. adhæc diſtinct. 89. ad rem Capibl. prag. 5. de Baron. tom. 1. num. 134.*

o *Ex Cicer. pro P. Sextio fol. 462. in magnis.*

p *lib. 4. annal. num. 1.*

bis, id quod communiter, & alij aduertunt, elegantia, & breuitate qua ſolet Tacitus nobis inſinuat, quomodo ſit in demandando magiſtratu nobilitati deferendum, ſi ſcilicet cũ reliquis neceſſarijs partibus ſit coniuncta nobilitas, cum alioquin *q* virtute deſtituta, nulla ad rem, de qua quæritur prærogatiua frui debeat. eſt ſanè illa cæteris paribus præferenda; ſi verò virtute careat, nemo ambigere debet, ignobilitati virtutis ornamentũ habenti, eam poſthabendam.

q *Bonadigl. lib. 1 cap. 4. nu. 9. 10. & 30. de Pont. de poteſt. Proreg. in tit. de elect. official. §. 5. n. 9.*

Quemadmodum etiã ſupradicta limitanda cenſerem, vbi inſignis aliqua, nec promiſcua virtus ignobili loco natum extolleret; tũc enim libens faterer optimum *r* quemque nobiliſſimũ eſſe, & in cuiuſcunque animo virtus inſit, ei plurimum eſſe tribuendum.

r *Velleius relatus per Lipſiũ lib. 3. polit. c. 10.*

Num. 86. SEXTA Conditio in Iudicis electione attendenda ſecundum pleroſque eſt, vt qui ad hoc munus aſſumendus, paupertatis nimiæ anguſtijs non prematur; ſed diuitias ſaltim habeat moderatas, quibus iniunctæ dignitati cũ honore ſufficere poſſint: huius conditionis opportunitas ſuaderi videtur authoritate *ſ* Vulpiani, Calliſtrati, Arcadij, & Honorij Cæſarum.

ſ *Vulpian. in l. reſcripto verſ. cæterum ff. de munerib. & honor. Calliſtrat. in l. honor §. de honor. ff. eod. Arcad. & Honor. in l. ad ſubeũda C. de decurionib. lib. 10. Lucas de Penna in l. fin. C. de his qui num. liber. ſe excuſant.*

Lucæ

Lucæ de Penna, & aliorum non ſpernēdi nominis in noſtra hac legali ſciētia verſatorum: Vulpiani verba ſunt hæc. cæterum, ſi quidam ita tenues, & exhauſti ſunt, vt non modo publicis honoribus pares non ſint, ſed & vix de ſuo victum ſuſtinere poſſint; & minus vtile, & nequaquam honeſtum eſt talibus mandari magiſtratum; Calliſtrati; de honoribus, ſiue muneribus cū quæritur in primis conſideranda perſona eſt eius, cui honor defertur: facultates quoque iniuncto muneri an ſufficere poſſint: Arcadij verò, & Honorij; ad ſubeūda patriæ munera digniſſimi meritis, & facultatibus curiales eligātur; Lucas verò de Penna clarè tradit, quamuis doctiſſimū ſi pauper ſit à magiſtratu repellendum.

Equidem in primis aduerſo ſupracitata Vulpiani, Calliſtrati, & Cæſarum loca ad rem de qua agitur parum facere; intelligenda enim ſunt de muneribus, in quibus nullum adeſt ſtipendium dictis muneribus ſufficiēs, ſed potius de proprio ſumptu opus eſt illis, qui ea ſubeunt, vt tum ex verbis, quibus prędicti vtūntur, tum ex gloſa *t* colligitur. cum igitur in hoc Regno à Regia liberalitate Iudices honeſtis donētur ſtipendijs, quibus honeſtè ſe alere poſ-

t Gloſ. in dict. l. reſcipto verbo ſubſtinere, & d. l. ad ſubeunda.

poſſunt, nec magiſtratus de quibus in præſentia loquor, vllam afferant ſumptus neceſſitatem, conſequens eſt eorum auctoritatem ad id de quo quæritur, minimè congruere.

Cæterum,& ſi hoc ita ſe habeat. diuites in honoribus aſſequendis pauperibus præferendos cæteris paribus non immeritò placitum *u* exiſtimo.

Ea ratio mouet, ne alioquin, vt ſunt hodie corruptiſſimi mores,nimia paupertas furtis,& rapinis viam aperiat; quā rationem expendit Imperator Iuſtinianus *x* in exequutoribus Iudicū,dum illos omnino locupletes, & probatos eſſe iubet,vt neque ab eis aliquid peccetur,neque prodatur,nequè malignè agatur:pauper *a* enim facilè corrumpitur.

Neque verò idipſum niſi de moderatis diuitijs intelligendum puto; quæ ſatis ſint, vt commemorati mali remoueatur occaſio: nam nimias in magiſtratu demandando diuitias conſectari, parū id ex vſu Reipublicæ exiſtimandū eſt.

Primo, quia vt plurimum ingentes diuitiæ,vt innuit *b* Seneca, fiut ex auaritia, à qua quam alienus Iudex eſſe debeat, iam ſupradictum eſt; nec nouum eſt,vt dum diuitias conſequi volumus, in multa mala *c* incidamus;& vt quotidiana

u *Maſtrill.de magiſtr. lib.2.cap.12.num.29.*

x *In auth.de Iudicibus §.his qui cauſas. Petr. Gregor.ſintagm.iur.lib. 47.cap.10.*

a *Gloſ.in l.3.verſ.egēs ff.de teſtib.*

b *Ex Senec. epiſt.87.*

c *Ex Senec.ibidem.*

tidiana docet experientia, nimia pecunia plerumq; cum nimio pecuniæ ſtudio, quo ea parari ſolet, non cum liberalitate coniuncta eſt: quam liberalitatem in magiſtratibus probari traditum *d* eſt.

d *Ex Maſtrill. de magiſtr. lib. 2 cap. 12. n. 66.*

Secundo, nec nimiæ diuitiæ ſunt vitiorum expertes; *e* inflant animos, ſuperbiam pariunt; multorum ſunt cauſa malorum, non quia ipſæ faciant aliquid; ſed quia facturos irritant; cum è contra paupertas multorum ſit effectrix bonorum; adeò vt futurum ſit, vt dies *f* me deficiat, ſi velim paupertatis cauſam defendere: *g* optimus certè eſt pecuniæ modus, qui nec in paupertatem cadit, nec procul à paupertate diſcedit.

e *Ex Sen. ead. epiſt. 87. in pluribus locis.*

f *Ex Cic. tuſcul. quæſt. lib. 5. fol. 192. in magn.*

g *Ex Sen. de tranquill. cap. 8. in fine.*

Tertio, Reipublicæ non expedit, vt multo in honore diuitiæ habeantur; quia ita fiet, vt tota *h* Ciuitas immoderata pecuniæ cupiditate exardeſcat; quo nihil pernicioſius publico bono; nam vbi cupido *i* diuitiarum inuaſit, neq; diſciplina, neque bonæ artes, neque vllum ingenium ſatis pollent.

h *Ariſtot. lib. 2. de republ. cap. 11.*

i *Ex Saluſt. in orat. 2. ad Cæſar.*

Quarto, nec id eligentis famæ ſatis tutũ, ſi pecunioſum, k & gratia ſubnixum (quod haud rarò accidit) per ambitum deligat; daturus procul dubio euidentius ſuæ integritatis documentum, ſi

k *Ex Tacit. lib. 12. ann. num. 2.*

ita ſe in magiſtratuũ electione gerat, vt omnes probitati, *l* & induſtriæ nõ diuitijs ſtudendum intelligant; & pecuniæ ſtudium, aut auferat, aut quoad res feret, minuat.

l Ex Saluſt. orat. 2. ad ad Cæſar. de republ. ordinand. & orat. 2. ad eundem.

Mea igitur hæc eſt ſententia. Primo quidem paupertatem, & diuitias qualitates eſſe promiſcuas per ſe inſpectas quoad rem, de qua *m* quæritur; neque *n* de honore ex copijs magis, aut minus iudicandum, nec ex opulentia, verum ex dignitate cuiuſquam creandos magiſtratus, & quemadmodum diuitias, ſi diues etiam bonus erit, ita & paupertatẽ innocentis impedimento eſſe non debere, quominus promiſcuè pauper, & diues ad honores vocentur; præſertim in hoc Regno, vbi ij omnes, qui ad Regia officia aſſumuntur Regijs ſtipendijs fruuntur, vt ex ijs non incommodè ali poſſint, & ceſſet ſupra conſideratum nimię paupertatis periculum.

m *Ex Petr. Greg. lib. 4. de republ. cap. 5. nu. 18. relat. per D. Carleual de iudic. diſp. 1. num. 9.*
n *Ex Saluſt. ad Cæſar. orat. 2.*

Secundo illud apud me extra controuerſiam eſt, ſi res in contentionem veniat inter bonum virum pauperem, & minus probatum diuitem, publicam poteſtatem longè melius apud bonum collocari ex Themiſtoclis ſententia, licet in diuerſa re conſulti, quam in vniuerſum ſequendã, docet, Tullius; *o*

o *lib. 2. de offic. nu. 71.*

tan-

tantum enim honoris pecuniæ tribui, vt illa virtuti præponderet, aut illius dignitatem æquet, ferendum non eſt. quoniam *p* nulla poſſeſſio, nulla vis auri, & argenti pluris quam virtus æſtimanda eſt; quæ *q* longè ſuper iſta conſiſtit, ſuo ære cenſetur; eiuſque *r* tanta vis eſt, vt omnia hæc indifferentia ſi ex altera parte ponantur, ne appareant quidem.

p *Ex Tullio paradoxa fol 439. in magnis.*

q *Ex Senec. eſtiſt. 87.*

r *Ex Tull. de finib. lib. 5. fol. 113. in magnis.*

Tertio, ſi cum de honoribus quæritur, merita virtutis inter duos ſit æqualia, fortunæ diſpares; in hoc vno caſu poterit Princeps hanc diuitijs tribuere prærogatiuam, vt nimiæ paupertati præferat diuitias moderatas, quò cautiore delectu publicæ vtilitati conſulatur. in nimijs verò diuitijs nulla vis fiat ob memoratas rationes; fitque extra caſum multæ inopiæ, *ſ* omne Iudicium, non quam locuples, ſed qualis quiſque ſit.

ſ *Ex Tullio de officijs lib. 2. num. 71.*

Vnum, quoniam de diuitijs mentionem feci; ſilentio non præteribo. hoc quoque diuitijs tribui. vt *t* diues antequam magiſtratum adipiſceretur, poſt magiſtratum adeptum locupletior factus, non præſumatur eas illius occaſione paraſſe; quod ſecus eſt in eo, qui cum ad magiſtratum aſſumptus eſt inopia laborabat, præſertim ſi officium

t *Ex Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 3. §. 7. num. 6. & ſeqq.*

emiſſe, & lautam vitam duxiſſe comperiatur, nec ſtipendium adhæc omnia ſufficere potuiſſe videatur.

*Num.*87. SEPTIMA Conditio eſt, quemadmodum multis placuit, vt eligatur is *u* cui decora, & venerabilis ſit facies; nam concurſio *x* harum rerum externarum affert auctoritatē, vtpote ſi *y* viſuque, & auditu iuxta, venerabilis, grauitatem fortunæ retineat; & ſit ſuper experientiam, ac ſapientiam, etiam ſpecie inanium validus: parum verò ad reuerentiam conciliandam aptus videtur Pelignus *z* quiſpiam derìdiculo corporis deſpiciendus.

u *D. Reg. Tappia in d. rubr. de official. conſtit. num.*18.

x *Ex Cic. in topica.*

y *Ex Tacito lib.*2. *ann.* 11. *&* 13. *ann. num.*2.

z *Ex Tac. lib.*12. *annal. num.*20.

Sed vt verè fatear, ſunt hæc optanda potius quam anxiè exquirēda; ſunt namque hæc fortuita, *a* corpus procerum, decora facies; *b* formæ gloria, fluxa atque fragilis eſt; ſola virtus clara æternaque habetur; ſola virtus *c* proprium hominis bonum; ſola hominem extollit; potius valeat illud, ſolos ſapientes *d* eſſe, & ſi diſtortiſſimi ſint, formoſos: omnia in ſe *e* habere, omnia adeſſe ei bona, penes quem virtus ſit.

a *Ex Tac. lib.*15. *annal. num.*7.

b *Ex Saluſt. in Catilin. in princ.*

c *Ex Tac. lib.*4. *hiſtor. num.*3.

d *Ex Cicer. pro Muræna fol.*348. *in magnis.*

e *Ex Plaut. in Amphit.*

Num. 88. OCTAVA Conditio eſt vt cum de magiſtratu, ſiue de Iudice eligendo

gendo agitur; vniuſcuiuſq; ingenium, aptitudo, capacitas à Principe *f* expendãtur; vt ſcilicet vnicuique congruentia munera iniungantur: *g* hominum itaque delectus habendus eſt. inſpicienda natura, eòque inclinanda quò vis ingenij defert; malè enim alioquin reſpondent coacta ingenia; reluctante natura irritus labor eſt; ſunt aliqui verbi gratia otioſo ſtudio, contemplationique quam agendis rebus aptiores; demandentur his officia, quæ domi quieſcente ſcientia facilè peragi poſſunt. Latronum incurſu purganda prouincia eſt; ſuppliciorum *h* exacerbatione propter delictorùm frequentiam opus eſt; deſtinetur oportet, is cui ſit, & animi, & corporis robur; ne alioquin aut deſit vigor animi negotijs par, aut corpus *i* forſan infirmum laborioſo opprimatur officio; deligatur in ſeueritatem propenſior, nè forte mittatur, is, qui præſit *k* placidius, quam feroci prouincia dignum ſit.

f *D. Reg. Tapp. rubr. de conſtit. num. 17. Vaſq. controuerſ. illuſtr. lib. 1. cap. 41. num. 13.*

g *Ex Sen. de tranquill. animi cap. 6.*

h *Ad tex. in l. aut facta §. non nunquam ff. de pœnis.*

i *Ex Sen. de tranquillit. cap. 5.*

k *Ex Tacit. in Agric. num. 7.*

Huc pertinet, vt quam quiſque ciuilis ſcientiæ partem maximè tractauit, in ea quoque, dum de magiſtratu demandãdo agitur, exerceatur; eſt verbi gratia quis in ciuilium cauſarum tractatione verſatus, ciuilibus controuerſijs

præficiatur; habet cauſarum criminalium, vel fiſcalium experimentum; criminum cognitioni præponatur; fiſcalibus cauſis conſtituatur: nec ab re eſt, quod illo *l* prouerbio Græcorum præcipitur, vt (aiebat Tullius) quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat; quemadmodum hæc & talia prudentis Principis committuntur arbitrio; occupationes *m* quas quemquam vult aggredi, æſtimantis, & vires cum rebus comparantis; vt, prout quiſque rebus aptiſſimus erit, in ijs potiſſimum elaboret, ſcenicorumque imitanda prudentia, qui non optimas, ſed ſibi accomodatiſſimas fabulas eligunt.

l *Ex Tull. thuſc. quæſt. lib. 1.*

m *Ex Sen. de tranquil-lit. cap. 5. & ex Cic. de offic. lib. 1. num. 114.*

Num. 89. NONA Conditió ſit vt non ſolum dignus, ſed dignior in Iudicem eligatur; hæc conditionis neceſſitas attento Iure communi in controuerſiã reuocata eſt; cum alijs placuerit etiam in *n* ſæcularibus officijs digniorem eligendum, ſi in promptu ſit, licet electio minus digni ipſo Iure valeat; alij *o* verò ſenſerint hanc tam ſcrupuloſam inquiſitionem minimè neceſſariam eſſe, ac ſufficere ſi omiſſo digniore, dignus eligatur; in hoc tamen Regno animaduertendum eſt municipali lege ſanci-

n *Vaſq. controuerſ. illuſtr. cap. 43. num. 16.*

o *Bart. in l. cum quidã ff. de leg. 2. per text. in l. cum pater §. rogo ff. de leg. 2. vbi ad legatum factum filijs grauatæ diſtribuendũ, vt quiſque de ea meruerit, grauatæ electione ceſſante, aſſequendum, ſufficit ſi filij grauatæ, non ſint indigni, ac non offenderint. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 2. cap. 1. num. 63.*

ſancitum eſſe ab Imperatore *p* Frederico, vt ad Iudicandi munus digniores vocentur, dignior autem proculdubio, iuxta ea quæ paulò ſupra diximus, non ex ſcientia ſolum, reliquiſq; à me commendatis partibus dicendus eſt, ſed ex conditione negotiorum, *q* perſonarumque aptitudine.

Num. 90. Quemadmodum conſtat digniorem eum cenſendum eſſe, qui alio magiſtratu cum laude defunctus eſt, eſſeque ei *r* præferendum, qui nullum adhuc geſſit officium, idque bono reipublicæ tutius eſt, vt alias ſpectatæ, & expertæ fidei viri eligantur: nam & ſi quandoque non ſit pœnitendum hominis noui; immo verum ſit pleroſque *ſ* contra quam ſpes, aut metus de illis fuerit, egiſſe in prouincijs; excitari quoſdã ad meliora, magnitudine rerum; nemo tamen ambigit ſecuriorem eſſe experientiam; cum, antequam ea ſumatur, ſemper incertus ſit euentus eligendi. factumque eſt tritum ſermone prouerbium; magiſtratus *t* virum oſtendit.

Num. 91. Quemadmodum etiam conſtat gradus *u* eſſe ſpectandos, vt ſcilicet illi præferantur, qui proximiore ad honorem de quo quæritur, gradu fuerint, idque cæteris paribus, ſi ſcili-

cet

p *Conſtit. Regni Iudices vbique.*

q *Maſtrill. de magiſtr. lib. 2. cap. 1. num. 65.*

r *Maſtrill. de magiſtr. lib. 2. cap. 2. num. 16.*

ſ *Tacitus lib. 3. annal. num. 11.*

t *Ex Bouad. lib. 1. cap. 3 nu. 74 ad plen. & lib. 1. cap. 16 num. 1. & ſeq.*

u *Vt gradatim ff. de muner. & honor.*

cet *x* laudabiliter ſe geſſerint, aut niſi alter potior *y* ſit, quia vt inquit Paulus, honores & munera non ordinationi, ſed potioribus quibuſque iniungenda ſunt.

x Ad ſplendidioris C. de diuerſ. offic. lib. 12.

y Text. in l. honores, & ibi add. ad gloſ. in verſ. non ordinationi ff. de decur. & eorum filijs.

Num. 92. Non tamen, vt id non omittam, de tuo, Princeps, Iudicio hac in re an ſit dignus is, quem elegeris, nobis diſputare permiſſum eſt: *z* non eſt noſtrum æſtimare, quem ſupra cæteros, & quibus de cauſis extollas; tibi ſummum rerũ Iudicium ſummus hominum dedit, nobis obſequij gloria relicta eſt.

z Ex Tacito lib. 6. annal. num. 2.

Hæ ſunt præcipuæ conditiones, quas in Iudicum creatione, attendendas pro mei ingenij imbecillitate collegi.

Num. 93. Sed operæpretiũ eſt quærere quibus nam potiſſimum medijs id aſſequi poterit Princeps, vt in magiſtratuum electione ſupra memorata ſeruentur. & quidem tria ad rem potiſſimum præſtare poſſe videtur, vt id aſſequatur.

Primum, vt non vulgarem adhibeat in eligendorum inquirenda conditione ſolertiam. & quoniam ex his quæ huc vſque dicta ſunt, aliqua facilè poſſunt ad eius notionem peruenire, aliqua verò non niſi magna cum difficultate noſci poſſunt; vt ſunt ſcientia, prudentia,

tia, probitas, quarum non eſt euidens, & expedita cognitio. in his dignoſcendis labor, in his opus eſt; rarò enim fato calamitatis humanæ, lux veritatis principibus lucet, ſed ijs maximè congruit, quod aiebat Democritus, *a* in profundo veritatem eſſe demerſam; *b* monſtrabo, inquit Seneca, tibi cuius rei inopia laborant magna faſtigia, quid omnia poſſidentibus deſit, ſcilicet ille qui verum dicat; priuata cuique ſtimulatio; *c* paucis reipublicæ amor, ſed vt quis amicus, vel cliens, hunc vel illum approbant plerumque, & (bonos ſemper excipio) inſinuant.

Sed quod remedium? optimum ſanè eſſet, ſi noſcere rem per ſe Princeps *d* ipſemet poſſet; quemadmodum memoriæ proditum eſt factitaſſe Traianum, *e* qui vniuſcuiuſq; ingenij periculum faciebat; Sed quoniam valdè incommodum eſt in hoc quoq; nimias eius curas onerari. & experimēto conſtat *f* nō poſſe Principē ſua ſcientia cuncta cōplecti; neceſſe eſt vt apud ſe habere (id ꝙ te facere compertum habemus) ſpectatæ fidei, ac ſciētię viros ſtudeat, qui de cuiuſcunque meritis ad eundem fideliter referant; non ex vnius vel alterius fide, quæ facilè fallax eſſe poteſt; ſed vel per ſe notitiam neceſſariam

a *Ex Tull. academ. qq. lib. 1. verſus finem.*

b *Ex Senec. de benefic. lib. 6. cap. 30.*

c *Ex Tacit. ad rem lib. 1. hiſtor. num. 4.*

d *Ad rem Lipſius 3. politic. cap. 4.*

e *Bouadigl. lib. 1. cap. 3 num. 17.*

f *lib. 3. ann. n. 11. Tacit.*

riam conſequi curent; exemplo illius inſignis *g* Præſidis Couarruuiæ, qui eos, qui ad honores adſpirabant, conſueuerat data opera conuiuas ſecum habére, vt varijs inter epulas pertentati ſermonibus, ſua ingenia proderent; vel ſi id facere incommodum eſt, plurimorum teſtimonio id exploratum habere nitantur; præſertim eorum, quibus is, de cuius meritis inquiritur, eſſe cognitus facilè poteſt; vt ſunt *h* conciues; tangant denique ad Lydium illum lapidem communis famæ; tales, (monebat Plinius) nos crede *i* qualis fama cuiuſquam eſt; & meritò nam ſinguli decipere, & decipi poſſunt, nemo omnes, neminem omnes fefellerunt; k haud errat fama; haud errat vniuerſalis conſenſus; & verè dicere Principi licet cum illo ſene Imperatore; *l* ſi velis eligere, conſenſu monſtratur.

g *Bonadigl. lib. 1. cap. 3 num. 18.*

h *Text. in conſt. Regni Iudices vbique, ibi teſtimonia concimium ad rem habenda præcipitur, l. de minore §. plu. ff. de quæſtio. vbi quod plurimum refert cuius quis exiſtimationis ſit in ſua Ciuitate.*

i *Plin. in pænegyr. ad Traianum, ad rem Lipſius lib. 3 politic. cap. 4.*

k *Ex Tacito in Agric. num. 4.*

l *Ex Tacito lib. 1. hiſt. num. 5.*

Diligenter igitur ij, quibus hæc cura demandata, intueri debent; quid de hominis ſcientia, prudentia, bonitate fama diuulget; & ſi alios honores geſſit, quos nã in ijs exhibuerit mores; quod nam ſui ſpecimen præbuerit, inueſtigandum: ſi vero adhuc ad munera publica non acceſſit; ex anteacta priuata vita in cætera, vt Iura *m* præcipiunt

m *Tex. in l. deſertorem §. is qui ad hoſtes, ibi, inſpecto vitæ eius præcedentis actu, & l. non omnes § à barbaris ibi, & ſi bonus antea miles æſtimatus ff. de re militari, l. famoſi, ibi, ante quid fecerit ff. ad l. Iuliam maieſt.*

piunt, coniectura capienda eſt. licet enim plerique, qui dum priuatam egerunt vitam, luxu, alijſque vitijs diffluere viſi ſunt, magiſtratum deinde adepti, egregios, ac ſanctos mores ad publicas res attulerint; quemadmodum de *n* quinto Fabio maximo traditum eſt; qui corruptiſſimos mores, quamprimum reipublicæ gubernaculo admotus eſt, in grauiſſimos, ac modeſtiſſimos vertit; & de L. Vitellio *o* Tacitus ſcripſit. cum de eo homine (inquit) haud ſum ignarus, ſiniſtram in vrbe famam, pleraque fœda memorari; cæterum regendis prouincijs priſca virtute egit; nec non de Othone, *p* cuius flagitijs commemoratis, hæc ſubdidit: prouinciæ luſitaniæ præficitur, vbi vſque ad ciuilia arma, non ex priore infamia, ſed integrè ſanctèque egit; tamen tutius eſt, & honeſtius eiuſmodi homines in vita licet priuata flagitioſos, à reipublicæ adminiſtratione procul haberi, nam hæc morum mutatio in melius per rarò accidit, immo plerumque hominum virtutes magiſtratus conuertit in vitia, vt conſtat præſertim exemplo Principum Romanorũ, ex quibus inter cæteros Tyberius, inquit *q* Tacitus, egregius vita, famaque quoad priuatus vixit, poſt

n *Bouadigl. lib. 1. cap. 3 num. 58.*

o *lib. 6. annal. num. 6.*

p *lib. 13. ann. num. 13.*

q *Ex lib. 6. ann. nu. 10.*

tantam rerum experientiam vi dominationis conuulſus, & mutatus, tandem in dedecora, ac ſcelera prorupit. Galba *r* maior priuato viſus, cum priuatus fuit,& omnium conſenſu capax Imperij niſi imperaſſet; ſolus, denique *ſ* Veſpaſianus, Tacito teſte, omnium ante ſe Principum in melius mutatus eſt;non ergo *t* recta, & prudens eligendi lex ad ea,quæ ſemel aut bis, ſed ad ea, quæ frequenter accidunt,adaptanda;eligenduſque eſt is; *u* qui alijs antea rectè viuendi exemplum præbuerit.

r *lib.1.hiſt. num.12.*

ſ *lib.1. hiſtor.num.13.*

t *Argum.text.l.nam ad ea ff.de legib.*

u *Ex Afflict. in conſt. Regi vt vniuerſis n.50.*

Num. 94. Secundum, vt maximam adhibeat Princeps diligentiam, ne eiuſmodi honores gratia, aut quod deterius eſt pretio obtineantur, quod non tantum de ipſomet Principe intelligẽdum eſt, vt ipſe tam fœdam non exerceat mercaturam (quod etſi in Principe non agnoſcente ſuperiorem *x* iura non prohibent, tamen honeſtas non permittit, cum vendens *y* officia ad Iuſtitiam ſpectantia dicatur ſacratiſſimum Iuſtitiæ miniſterium vendere) ſed etiam vt ſua perficiat vigilantia, ne aliorum flagitio,huic malo via aperiatur.id quod haud rarò accidit Principe ignaro; adeo vt verè conqueri liceat pecuniam *z* bonis maliſque tem-

x *Reg.de Ponte dec.16. num.27.*

y *Afflict. in conſt. Regni volumus num.5.*

z *Ex Tacit.lib.1.hiſtor. num.18.*

temporibus iuxta valere.

Et cum non defecerint cum Iura communia *a* tum municipalia huic improbitati obuiam euntia, eamque aſperitate pœnarum coercentia. ante omnia *b* eorum temeritas vlciſcenda ſeuerè eſt, qui tam vtiles Reipublicæ leges violauerint: nec ſolum eiuſmodi homines officiorum ademptione mulctandi ſunt, quippe nihil ex ijs bonæ ſpei haberi poteſt, eſt enim qui emit, *c* ad vendendum cariore pretio paratus, & nemo *d* vnquam imperium flagitio quæſitum, bonis artibus exercuit; ſed etiam grauioribus pœnis comprimendi ſunt. exterminandus eſt, ſi fieri poteſt, huius improbitatis vſus; tollenda præmia; nam malitia *e* prȩmijs exercetur; vbi ea dempſeris, nemo omniũ gratuitò malus eſt.

Num. 95. Eſt etiam pro prohibenda in officiorũ collatione gratia præter ſancita de Iure communi, legibus municipalibus interdictum, ne cuiquam liceat pro officio alteri obtinendo precibus à Principe *f* petere.

Num. 96. Sed tu, optime Princeps, in te enim omnes maximam ſpem meritò conſtituerunt, tu inquam remedium malis inuenies, abolitarum legum obſeruantiam reuocabis; & in

O 2 pri-

a *Text. in l. ſãcimus C. ad l. Iul. repetund. in §. 1. Auth. iuſiurandum quod præſtatur ab his, qui adminiſtr. accip. in §. ſic igitur Auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. text. in pragm. 2. de official. in cap. Regni itẽ recipiant Sacramentũ, & in cap. conceſſis à Philippo II. in anno 1577. ad ſupplicationem Ciuitatis, quæ prohibitio vendendi officia, eſt etiam ampliata ad Barones, vt eſt pragm 4. de Baron. qui dicuntur vendere etiã ſi retineãt prouiſionem dari ſolitam, Maſtrill. de magiſtrat. lib. 4. c. 17 num. 55. adeo vt conſuetudo in contrarium etiã temporis immemorabilis nullius ſit roboris, & momenti, Maſtrill. ibid. nu. 56. & lib. 1. de magiſtratu c. 20. nu. 45.*

b *Affl. in conſt. Regni volumus, vbi quod tempore ſĩdicatus licet exponere querelam contra emptorẽ officij, de Pont. tit. 3. §. 7. num. 1.*

c *cap. quibuſdam 1. q. 1.*

d *Tac. lib. 1. hiſt. n. 8. ad text. in §. 1. in Auth. vt Iudic. ſine quoquo ſuffragio in ver. totius nequitiæ principium, vbi quod corruptum habẽs*

primis efficies, vt videatur *g* locus virtutibus patefactus, ita vt maximo cum omnium gaudio præclara illa in te cadant verba. nihil *h* in penatibus tuis venale, nihil ambitioni peruium.

Num. 97. Tertium, vt ſumma ope nitatur Princeps, quò Reſpublica bônis, ac ſapientibus viris quàm maximè abundet, & floreat. tunc enim facillimum ei erit tanquam ex ſeminario eos ad publicos vſus euocare; id autem maximè præmio, & pœna aſſequetur. ſi ſcilicet bonos, ac doctos prẹmijs afficiat, honorificentia prouocet; eos qui alias demandatis ſibi muneribus bene de Republica meriti ſunt, honoribus augeat, *i* ita enim fiet, vt k honos alat artes, & omnes ad ſtudia virtutis incendantur; cum nihil verius ſit, quam nihil *l* à quoquam experi, niſi cuius fructus ante prouiderit; & virtutes *m* iiſdem temporibus facillimè gigni, quibus optimè æſtimantur; è contra indoctos ad immeritas dignitates nõ patiatur erumpere; quis enim dubitet, minus *n* homines virtutis cupidos fore, virtutis prẹmio peruulgato: mea ſanè ea eſt ſententia, expedire Reipublicæ præficere *o* officijs, & adminiſtrationibus non peccaturos, quã damnare cum peccarint; & ad ea cum lau-

de

ingreſsũ officialis, multa mala facturus præſumitur.

e *Ex Saluſt. orat. 2. ad Cæſar. de Republ. ordinanda.*

f *l. fin. C. ad l. Iul. repet. prag. 1. de official. & ibi Rouit. nu. 26. vbi quod dicta iura in deſuetudinem abiere.*

g *Ex Tacit. lib. 13. annal. num. 1.*

h *Ex Tacit. lib. 13. annal. ibidem.*

i *Text. in l. 1. C. de offic. Præf. Prætor. Aphricæ, ibi, & ſemper prouidemus vnumquemq; ſecundum labores ſuos ad meliores gradus, & ad maiores dignitates perducere. Reg. de Pont in tit. de elect. offic. §. 6. n. 5. in tract. de pot. Proreg.*

k *Ex Cic. tuſcul. queſt. lib. 1. in princ.*

l *Ex Tac. lib. 11. annal. num. 2.*

m *Ex Tac. in Agric. num. 1.*

n *Ex Cicer. de inuent. lib. 2. num. 114.*

o *Ex Tacit. in Agric. num. 7.*

de peragenda *p* ſpe præmiorũ, & honorificentiæ potius,quam ſeruili metu pœnæ homines inuitari; cœterum ſi quãdo Princeps incidat in improbos, ac præſertim cupidos pecuniæ, ac venales Iudices, quibus nulla ad publicũ bonum capitalior peſtis; apud omnes conſtat præter dignitatum ademptionem ẽtiam acrioribus *q* pœnis,vt alij deterreantur,eos coercendos,nam inuenit *r* æmulos infelix nequitia,quid ſi floreat,vigeatque?

Num.98.Hæc quę huc vſq; dicta sũt,ſi à Principe ſeruẽtur in Iudicũ creatione; hęc ſi commemoratis artibus in Rempublicam inducãtur,ſperare, nì fallor, poſſumus beatiores futuras eſſe Reſpublicas; nihil enim ad earum bonum tàm attinet,quàm bonus magiſtratus; *ſ* cuius munus proprium eſt. ad ſalutem ciuium, Ciuitatumq; incolumitatem, vitamq; omnium beatam conditas leges ſeruare, eaſq; fidei ſuæ commiſſas meminiſſe.

Num.99.Cæterum,Lectores,qui hæc legerint,monitos velim nõ me adeò imprudentem eſſe vt exiſtimem,hæc omnia adamuſſim poſſe ſeruari, in vsũque deduci; etenim tam *t* delecta,& rectè conſtituta Reipublicæ forma, laudari faciliùs quã euenire,vel ſi euenit,haud diu-

p *Text. in l. 1. C. de aſſeſſor. ibi, ſpe præmiorũ, atque honorificentia ſua prouocent eos, quorum prudentiam putant eſſe neceſſariam, non metu terribili, & neceſſitate incognita libertati.*

q *Ad tradita per Reg. de Poute dec. 16. n. 1. & pleniſſimè* p *Bonadigl. lib. 2. c. 11. n. 10. & ſeq. in politica.*

r *Tac. lib. 4. annal. n. 9.*

ſ *Ex Cic. de legib lib. 2. fol. 333. et de offic. lib. 1. fol 368. in magnis.*

t *Ex Tacit. lib. 4. annal. num. 5.*

diuturna eſſe poteſt.

Neque verò Principum voluntas tam arctis legibus vinciri facilè poterit; quin quibuſdam fortuna *u* pro virtutibus ſit; & *x* fato, & ſorte naſcendi, vt cætera ita Principum inclinatio in hos, offenſio in illos. Meminiſſe etiam debemus, Principes quamuis egregios *a* mortales eſſe, hominumq; officia fungi; & vtcunq; non ſint priuatis affectionibus obnoxij, nõ poſſe inter tot rerum anfractus, eſſe ſatis cautã mortalitatem; multa *b* ſæpè interueniẽt, per quæ, & malus pro bono ſurrepat, & bonus pro malo diſpliceat; fallaces enim ſunt rerum ſpecies quibus credimus. *c* Vbi tandem iſtum inuenies, quem tot ſæculis quærimus? pro optimo eſt minimè malus, & in tanta bonorum egeſtate minus faſtidioſa fiat electio.

u *Ex Tacit. lib.2. hiſt. num 15.*

x *Ex Tacit. lib.4. annal. num. 3.*

a *Ex Tacit. lib.4 annal. num. 5.*

b *Ex Senec. de benefic. lib.4. cap.34.*

c *Ex Sen. de tranquill. animi cap.7.*

Num.90. Si vllo vnquam tempore tam exactam in Iudicum creatione conſiderationem noſtra, vel maiorum vidit ætas, ſi vlla vnquam Principis vigilantia, ac ſinceritas tale virtutis ſtudium inter populos introduxit, ſi vnquam alius in deligendis idoneis iudiciũ, & diligentiam adhibuit; Certè hæc omnia tua prouidẽtia, tuo incredibili animo candore præſtanda, ac raræ fœlicitatis

tatis

tatis virtutumq; feraciſſima tempora mens præſagit.

Finem facio tuos pedes humillimè oſculans, Deumq; Opt. Max. rogans, vt tibi neſtoreos annos pro Reipublicæ incolumitate largiatur. Neapoli die 16. Februarij 1638.

LAVS DEO OPT. MAX. & B.V.M.

ERRATA CORRIGE.

Fol 8. verſ. 3. eorum iuris peritiam. Corrige, eorum, qui iuris peritiam.

Fol. eodem verſ. 5. nec qui propterea. Corrige, nec propterea.

Fol. 12. ad marginem in litt. C. etiam ſi derelictum; Corrige, etiam ſi delictum.

Fol. 13. ad marg. in litt. D. examplo. Corrige, exemplo.

Fol. 25. verſ. declarantur etiam, adde num. 24.

Fol. 70. ad marginem litt. O. & lib. 1. hiſtoriarum; adde num. 6.

Fol. 94. verſ. 27. fiut ex auaritia. Corrige, fiunt ex auaritia.

Fol. 93. verſ. 20. in primis aduerſo. Corrige, in primis aduerto.

Cætera errata non animamaduerſa corrigat benignitas, & prudentia Lectoris.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX

A

Accuſatio.

QVomodo accuſatione pendente quis repellatur ab honorum conſequutione vide plenè à fol.18.num.14.vbi traditur intellectus ad aliqua Iura in hac materia loquentia.

Actuarius.

An infamia repellat ab officio Actuarij vide n.9. fol.13.in fine

Adulatio.

Quam ſint cauendi adulatores magiſtratibus vide fol.59.n.53.

Aduocati Fiſcales.

An probibitio exercendi officium in propria Patria, vel Prouincia comprabendat Aduocatos Fiſcales, & quid eis ſit permiſſum vide fol.29. num.28.

Ætas.

Quæ nam Iure communi, vel municipali apta ad Iudicandum definiatur; quæ nam ſit verè, vt opportunior eligenda, an ſemper ſenilis præferenda cum intellectu ad tex. in cap. Regni, item quod predicti vidè plenè à fol.71.n.67.per 10t.n.75.

Æquabilitas.

Quam in Iudice ſit commendabilis vide à fol.49. num. 45. per tot.num.49.

Ambitio.

An ambitioſus ſit in Iudicem eligendus, & de malis ambitionis & an in officijs Princeps præſerre debeat officia non petentes, vide à fol.84. num.81.

An crimen ambitus ceſſet vbi officia obtinentur à Principe etiam pecunia, vide fol.67.verſ. hinc non immerito.

Aptitudo naturalis.

Quomodo in iniungendis officijs conſideranda, vide à fol.98.n.88.

Aſpectus venerabilis.

An in Iudice quærendus, vide à fol.98. num.87.

INDEX.

Auaritia.

Quàm ſit in Iudice deteſtanda, vide fol.77. num.75.

Auctoritas.

Quomodo prudenter ſuo ingenio poſsit Iudex auctoritatem in officio tueri, & augere, vide pleniſsime à fol.45.num.42. per totum num. 59.

Auditor Prouincialis.

Quàm accuratè, & quanta ſcientia praditus eligi debeat, & de eius ampla poteſtate, uide à fol.39. num.38.

Authorem.

Quæ mouerit cauſa ad ſcribendum præſens opuſculum, vide fol. 4. verſ. hanc ob cauſam.

B

Barones.

AN poſsint in Prouincia vbi habent feudum, officium Præſidis exercere vide fol.28. nu.27. verſ. quod impedimentũ.

Beneuolentia.

Subditorum an ſit à Iudice expetenda, & procuranda, & quàm ſit quæſitu difficilis vide à fol.47. num.43.

Bonitas.

Quàm ſit neceſſaria in eligendo in Iudicem bonitas vitæ vide à fol.74. num.72. & præſertim bonitas chriſtiana, & de eius effectibus plenè à fol.86. num.83.

Quo bonitatis gradu Princeps in dicto eligendo contentus eſſe debeat, vide fol.90. verſ. optandum, & an quandoque egeſtate bonorum, ſeu optimorum, neceſſe ſit eligere minimè malum, vide fol. 110. num.99.

Vter aptior ad officium ſit, qui ſemper bonus fuit, an qui quandoque fuit malus, ſed poſtea eſt emendatus in melius, vide fol. 88. num. 84. vide fol.68. num.63.

C

Caſtitas.

QUàm ſit in Iudice commendabilis, vide à fol.82. num.79.

Concordia.

Quàm ſit in magiſtratu commendabilis, vide fol.64. num.60.

Conſtan-

Conſtantia.

Quomodo ſequenda, quando laudabilis, quam tribuat auctoritatem, quod remedium adhibendum, vt conſtanter agere Iudex dicatur, & quomodo non ſolum in cognoſcendo, ſed etiam in moribus conſtantia ab eo adhibenda eſt vide à fol. 57. num. 51. per totum num. 53.

Continentia.

In vino, & gula moderanda quantum Iudicem deceat, vide fol. 84. num. 80.

Aduerſus pecuniam, & alios quæſtus, quam excelſa res ſit vide in præfat. fol. 6. verſ. continentiam.

Conuitia.

An aduerſus ſubditos Iudici ſint permiſſa, & licita, vide à fol. 52 num. 47.

Credulitas.

Quomodo Iudex ſe gerere debeat ne in nimiæ credulitatis, vel incredulitatis incidat vitium.

D

Delinquere in officio.

QVando quis dicatur vide fol. 9. num. 3.

Quando & quomodo delinquens in officio incurrat priuationem officij, & incapacitatem ad exercenda alia officia, vide à fol. 8. num. 2. per totum num. 5.

Dignus.

An ſit ad Iudicandum eligendus dignior, vel ſit ſatis eligere dignum, & quid de Iure municipali huius Regni, vide à fol. 100. num. 89.

Et quis nam dignior dici poſſit ad rem vide à fol. 101. num. 90. & num. 91.

An liceat ſubditis diſputare, an ſit dignus quem Princeps elegerit, vide fol. 102. num. 92.

Diligentia.

Quæ nam diligentia prudenter ſit in officijs adhibenda, vide à fol. 63. num. 59.

Diuitiæ.

An ſint in eligendo in Iudicem quærendæ, plenè à fol. 92. nu 86.

vbi traditur intellectus ad aliqua Iura, quæ ad rem ſolent adduci.
An quis præſumatur occaſione officij eas paraſſe, vide à fol. 97. verſ. vnum.

Domeſticus.

Quid præſtare debeat Iudex, adhoc vt domeſtici nihil indebitè accipiant, vel ſi accipiant, ad nihil ipſe teneatur, & quomodo ad rem de illorum facto teneatur, vide à fol. 60. nu. 55. & 56.

Domus priuata.

Domus priuata rectum regimen Principibus, quàm arduum & difficile ſit, vide in præfat. fol. 6. verſ. viris.

E

Elatio.

Nimia elatio quomodo Iudici ſit fugienda, vid. fol. 49. n. 44.

Electio.

Bona, vel mala magiſtratuum electio quantum ad Reipublicæ fœlicitatem, & infœlicitatem valeat, vid. in præfat. fol. 3. & 4.

Emendatus.

An quis verè ſit, prudenter eſt inueſtigandum, & quando Iura quem emendatum præſumant, vide fol. 89. verſ. nec tamen, & verſ. non omittendum.

Emptio officiorum.

Vide in verbo officium.

Exilium.

An poſſit quis durante exilio, in loco non interdicto gerere magiſtratum, vide à fol. 12. num. 7.

F

Fama.

Hominis, quam partem habere debeat in eo eligendo, vel non eligendo in Iudicem, vid. à fol. 103. verſ. ſed quod remediũ.
Quantum vnuſquiſque bonam famam, & præſertim, qui habet publicum officium, debet caram habere, & quomodo præſertim in initijs ea curanda eſt, & de effectibus bonæ, vel malæ famæ in officiali, vide à fol. 65. num. 61.

Fides.

Quantum fides à Iudice coli debeat, & in quo hoc conſiſtit. vide fol. 78. nu. 76.

& quomodo ſit ſal virtutum ibidem num.41. verſ. ſal eſt.
An differat à ſcientia, vide fol.41. num.40.
Prudentiæ multa exempla, & documenta recẽſentur, vt eius neceſſitas euidentius clareſcat à fol.45. verſ. vt vero per totum num. 66.
An verſetur circa ſingula, vide fol 70. num.65. in fine.
Prudentiæ inſigne monitum, vt aliorum magiſtratuum facta intuens, quid probandum quid damnãdum intelligat, vt probanda imitetur, damnanda declinet, vide fol.70. num.66.

Q

Quies.

QVibus nam quieſcere vtilius ſit, quàm officijs publicis ſe interponere, vide fol.65. verſ. idemque.

R

Reus.

REi nomen quando dicatur receptum inter Reos, vide fol. 19. num. 14.

Reſpublica.

Perfecta an reperiri, vel durare diù poſsit, vide à fol.109. nu.99.
An futura ſit beatior, ſi magiſtratus debitis requiſitis ornati deligantur fol.109. num.98.

S

Sanguis.

SAnguinis parſimonia quanta apud Principem eſſe debeat, & quàm conſideratè ſit demandanda ſanguinis poteſtas, vide fol. 40.

Scientia.

Quæ, quanta, & qualis ſit in Iudice neceſſaria; an aliarum quoque artium liberalium ſit ei opportuna, & an nimia ſciendi cupiditas ſit refrenanda, vide à fol.34. num.33. per tot. nu.36.

Sententia.

Sententia, vbi ferenda eſt, quomodo Iudex tegere debeat ſuam animi inclinationem, vide à fol.56. num.50.

Seueritas.

Quam ſalubris Reipublicæ ſit, quantum Iudici conciliet auctoritatis, quomodo delictis par eſſe debet ne alioquin pariat contem-

contemptum, vide à fol. 61. num. 57. verſ. dixi.

Quod nam animi temperamentum Iudex adhibere debeat, ne ſe ſupplicijs frui oſtendat, inſtar medici, vide à fol. 62. verſ. ſed quod nam.

Qualis, vt probetur, ſeueritas eſſe debeat, vide à fol. 76. num. 74.

Sindicatus.

An ſit neceſſe quem paruiſſe ſindicatui pro alio officio geſto, vt ad aliud eligi poſſit, & quid ſi nemo conqueratur, & cuius nam conqueſtus ad neceſsitatem ſindicatui parendi ſufficiat; an ſi quis diſceſſerit relicto procuratore inſtructo, ex eo quia non adſunt niſi querimoniæ ciuiles, poſſit quis non obtentis litteris liberatorialibus exercere aliud officium; an neceſſitas parendi ſindicatui ſit de iure diuino, & an, & quomodo poſſit à Principe diſpenſari, an extendatur ad omnes cuiuſcunque generis officiales, & ad omnia geſta in officio occaſione officij licet ipſi officio extranea; an coactus à Principe ſubire officium, adhuc teneatur præſtare cautionem parendi ſindicatui. an valeat electio eius qui ante electionẽ nõ paruit ſindicatui pro alio officio, ſi poſt electionem pareat; an & quando ſindicandus habeatur pro abſoluto, licet ſindicatus non ſit peractus; an aliqui ſupremi magiſtratus ab hac l. ſindicatus eximantur; vide à fol. 121. num. 15. per totum. num. 24.

An ſint magnifacĩẽdæ à Principe literæ commendatitiæ ſubditorum, quibus teſtantur aliquem ſe bene geſſiſſe in officio, vide à fol. 25. num. 25.

An poſſit quis poſt expletum ſindicatum, & obtentã abſolutionem accuſari, vel inquiri coram alio Iudice ex poteſtate ordinaria de delictis commiſſis in officio, vel extra officium, vide à fol. 26. num. 26.

Subtilitas.

An ſubtilia nimis ingenia ſint apta ac Iudicandum, & Rempublicam adminiſtrandam, vide fol. 36. num. 35.

Subditi.

Quantum mali eis proueniat à vitijs magiſtratuum, & an peccata eorum debeant magiſtratuum culpæ adſcribi, vide à fol. 81. verſ. quarta denique, & fol. 82. num. 78.

Superbia

Superbia.

*An ſint in Iudices eligendi ſuperbi, & de malis ſuperbia, vide fol.*86. *num.*82.

T

Tempus.

QVomodo tempori ſeruiendum, & prudentia ſit ſcientia opportunorum ad agendum temporum, vide fol. 43. *verſ. ſæpe mori vſque ad verſicul. vt vero num.*41.

V

Virtutes.

*AN omnes virtutes adeſſe Iudici debeant, vide à fol.*78. *nu.* 77. *vbi plenè hoc explicatur, & multa rationes non contemnenda huius concluſionis afferuntur.*

*Quibus potiſſimum temporibus uirtutes facilè gignantur, uide fol.*108. *num.*97. *litt.m.*

LAVS DEO.

Digitized by Google